MEDENDI CANONVM

tomus primus.


IN QVO, PLVRIMAE GRAVISSIMORVM authorum sententiæ difficiles abditissimæq;, circa curationem affectuum capitis & pectoris descriptæ exarantur.



AVTHORE FRANcisco Villarino Cæsaraugustiano Medico.

TVDELAE.

EXCVDEBAT THOMAS PORRALIS ALLObrox. Anno 1573.



NOS Antonius Garcia, sacrę theologię magister, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Vticen. ac in spiritualibus & temporalibus, pro Excellétissimo & Reuerédissimo domino. D. Ferdinando ab Aragonia eadem gratia Archiepiscopo Cæsaraugustano vicarius generalis. Dicimus & attestamur qualiter huiusmodi opus inscriptũ Medendi Canonum liber primus, auctore Francisco Villarino ex nostra commisione fuerit visum & examinatum. Et quia ex veridica relatione intelleximus continere, sanam & catholicam doctrinam, concedimus licentiam & facultatem vt imprimi possit & vẽdi. Cæsaraugustæ die tricesimo mensis Iulij anno millesimo septuagesimo secundo.

Vidit Episcopus Vticen. sacræ theologiæ magister & vicarius generalis prædictus.

Mandato dicti reuerendissimi domini Episcopi vicarij generalis prædicti.

Ioannes Heredia notarius.

† 2

NOS Inquisitores Apostolici contra hæreticam prauitatem & apposthasiam in Aragonum Regno, ciuitate & episcopatu Illerdensi, auctoritate Apostolica deputati. &c. Viso præsenti libro qui inscribitur Medendi Canonum tomus primus, auctore Frácisco Villarino, & relatione & censura admodum reuerendi licenciati Michaelis cercito consultoris huius sancti officij, cui per nos fuit ad examinandum cõmissus & approbatione per eum facta. Damus & concedimus licentiam & facultatem quibuscumq. impressoribus, & aliis quibusuis personis imprimendi, vendendi, legendi & tenendi librum prædictum. Dat. in palatio Regio Aljafariæ die vicesimo octauo, mensis Iunij anno millesimmo quingentesimo septuagesimo secũdo.

El doctor Corita. El licenciado Diego de Valcarcer.

Mandato dominorum Inquisitorum.

Michael mulsa secretarius sancti officij Inquisitionis.

Michael Cercitus sacræ theologiæ professor. Candido lectori. S. P. D.

HOS Medendi Canones Frãcisci Villarini Cæsaraugustani medici fidei meæ sacrosanctæ Inquisitionis Regni Aragonum Senatus decreto, commissos legi perattente. In quibus vt nihil meo iudicio est quod religioni nostræ vlla ex parte aduersetur, ita quoque multa sunt, quibus medendi ars in difficillimorum morborum curatione plurimum poterit adiuuari. Vniuersa enim ad capitis & pectoris affectus curandos pertinentia: quæ alij aut obscure tractarunt, aut omnino præterierunt hoc opere & copiose & dilucide admodum illustrantur. Vale Cæsaraugustæ pridie kal. Iulij. 1572.

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Nauarra, de Aragon, de Leon, de Toledo, de Seuilla de Ierusalem, de Valençia, de Galicia, de Mallorca, de Menorca, de Cerdeña, de Cordoua, de Corçega, de Murcia, y de Iaen, conde de Flandes y de Tirol. &c. Por quanto por parte de vos Thomas Porralis de Saboya impressor de libros en este reyno, nos fue fecha relaciõ que el licenciado Francisco Diez de Villarino medico auia compuesto vn libro intitulado Canones medendi, y porque era vtil y necessario como por el parecia de que haziades presentacion, nos suplicastes os mandassemos dar licencia y facultad para lo imprimir y vender cõ priuilegio. Lo qual visto por los del nuestro consejo, y que se hizo enel dicho libro la diligencia necessaria, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta en esta razon. Por la qual damos permisso y facultad a vos dicho Thomas de Porralis impressor para que podays imprimir e imprimays el dicho libro, sin q̃ por ello cayais ni incurrays en pena alguna: con esto que luego que lo ouieredes impresso le presenteys y trayais al nuestro consejo, juntamente cõ

el original para que se vea si esta confor me a el, y se tase en lo que se ouiere de vender. Dada en la nuestra ciudad de Pamplona so el sello de nuestra chancilleria a veynte y dos de Nouiembre, de mil y quinientos setenta y dos años.

Vespasiano Gonza
ga Colona.

El licenciado.
Pasquier.

El licenciado Bayona. El licenciado Ollaçarizqueta. El licenciado Valança. El doctor Amezqueta.

Por mãdado de su Magestad su Visorey y los del su consejo en su nombre.

Pedro de Aguinaga secretario.

AVctoritate & decreto grauissimi & supremi Regij consilij huius Regni Nauarræ, nos doctor Salduendo eiusdem Regni protomedicus, & doctor Roldanus qua potuimus cura, & solicitudine, iterum atq. iterum vidimus & examinauimus hunc librum de arte medica Francisci Villarini medici Cæsaraugustani, qui inscribitur Canones Medendi: qui quidem liber vtilis admodũ est, pręcipue ad profligandos capitis & thoracis morbos: ob idq. nos singulis diligẽtissime perspectis, quæ in hoc opere continentur: et cum nihil in eo sit, & contineatur, quod medendi arti non consentaneum sit, decernimus nostro adhibito iudicio, & sentẽtia, libere posse typis mãdari. Datum Pompelone. 20. die mensis Nouembris anno. 1572.

Doctor Salduendo. Doctor Roldan.

PETRI SIMONIS APRI
lei Laminitani mãsuetiorũ Mu
sarum, Philosophiaeq. docto
ris in laudem Francisci Di
ez Villarini medici docto-
ris epigramma.

*Phoebus ubi antiquã liquisset Cecro-
pis urbem*
Infensus furijs barbare Turca tuis,
*Caesaris Augustam dulcem sibi deligit
urbem,*
Artibus ut cũctis excolat ille suis.
*Illuc namq. lyram, atq. medendi detu-
lit artem,*
*Detulit & Musas, dulcia verba
sono.*
Neq. foret soli curandi gloria morbos
Aesculapi tibi, tũo procreat ille parẽ.
*Hic tibi Villarinus erit, qui pectore ab
imo*
*Dat praecepta, quibus corpora fir-
ma sient.*
*Mortales dignas tãto pro munere gra-
tes*
Soluite, & ĩgenio plaudite tãto viri.

CANDIDO
LECTORI.

SApientissimus ille philosophandi magister Pythagoras cum in alijs rebus, tum in ea maxime reconditissimam suam prudentiam demonstrauit, cum eos qui ad docendum animum aptare voluissent, quam diutissime prius tacere præcipiebat: vt hi longo silentio, præclaræ eruditioni ac ingenti studio dedito, no solum insigni doctrina ornati, verum etiam literis perpoliti euasissent viri. Hoc singularis philosophi diuinum institutum si teneremus hodie, haberemus (vt ipse sentio) disciplinas omnes florentiores. Verum hoc quidem minus prudenter nunc efficitur, vt plurimi de bonis artibus prius disputent, quam de illarum vtilitate & magnitudine aliquid excogitare valuerint: & ad docendum vel scribēdum, prius accedant, quam ipsum quod suscipiunt munus intellexerint didicerintq. Hæc vero mecum sæpissime repetens, prudēs

lector, etsi per nonnullos annos in medendi exercitio erã cõmoratus, atq. ad ipsum recte percipiendum nonnihil elaboraueram, tamen omne meũ tẽpus priuatis studijs transmittere malebã, quã ad aliquid nostræ facultatis temere in lucẽ mittendum peruenire. Sic me hoc aditu laudis, qui semper omni literarum amatori patuit, nõ mea tantũ voluntas, sed etiam conscientia infirmitatis nostræ, et pudor quidam prohibuit, ne aut id profiteri viderer quod non possem implere, quod est impudentiæ: aut id non efficere quod a me expectaretur quod est negligentiæ: ac vtrumq. non laudẽ sed dedecus potius adferat. Hactenus igitur hæc prospiciẽs, parũ, aut nihil describere audebã, sola authorũ lectione satisfactus: qua multa memoria digna breui tempore percipere possèm. Nunc vero ab amicis sæpe rogatus, vt aliquid ex tot studijs in lucem proderem: quod licet non nouum, aut non omnino inuisum esset (post tot nimirum grauissimorum authorum sententias, post tot artium

præcepta, post innumeras cunctarum rerum obseruationes, post admirandam deniq; scientiarum omnium descriptionē) posset tamen in tanta rerū inconstātia & varietate opinionū incultis elegantiā, fastiditis gratiam, confusis ordinē, vetustis nouitatem ac dubiis exhibere lucē. At tametsi nullū horū me efficere posse vnquā contenderim, vel mihi persuaserim: verum noua quotidie multarum rerum exempla ac successus ipse prospiciens: & ex his nonnulla omnino veteri eruditioni contraria, plurimaq; aduersa existere videns, merito sperabam aliquem de re medica bene meritum (cui tum ociū tum facultas suppeteret) hanc etsi difficillimam prouinciam ad se euocaturum. Spesq; non nuda quidem, sed vehementi desiderio coniuncta erat: quod perspicue scirem plurimos hanc prouinciam ducere posse, qui maiori afflatu ea reserant, ad quæ nondū obseruatio peruenit, & ea quæ nōdū enodatio penetrauit, & quorū nondū exactus est cōsecutus vsus. Nō enim

antiquis solis aditus ad summã doctrinam patuit: neq; omnis doctrinæ flos siti veteris vbertatis exaruit. Non est quidẽ natura, vt pleriq; putant, ita superiorũ seculorum fœcunditate exhausta, vt nihil amplius heroicis tẽporibus simile procreet: sed eadem semper, nec minus quam olim potens, neq; minus ad gignẽda & alenda præclara ingenia efficax. Tũ adhuc valentior hodie iudicanda est robore nimirum adiuta & cõfirmata: quod sensim per secula accreuerit. Multa enim nõdũ in artẽ redacta sunt: multa hoc cognouimus æuo: multa quæ nũc latent futuris seculis reseruantur, ac posteri tam aperte nos ignorasse mirabuntur. Nõ igitur priores artium authores omnẽ veritatẽ occuparũt: sed multũ ex illa etiã a nobis inueniẽdũ reliquerunt. Nec vlli nato vnquã præcludetur occasio aliquid adhuc adiiciẽdi: semper quod agat inueniet (in tanta opinionũ, morũ artiũ, institutionũ, omniũq; rerũ ṿtatione) quisquis huic studio serio se applicarit. Quod si in omnibus rebus ex varie

tate quotidie multa inueniri valet, quæ nec attigit nec somniauit antiquitas, id magis ac præstantius in obscura medendi facultate fieri quit: tum quia teste Isidoro omnium causas hæc occupet ars: ac proinde operosissima difficilimaq. iudicetur: vnde Porphyrius merito huic omnem deberi sapientiam retulit: tum etiã quia noui indies oriuntur morbi ac varie complicati, quibus nulla medendi methodus, ex tanta scribendi vbertate hactenus habita, perscribi valet: Tum demũ abditissima hæc existit facultas, quia nullus fere morbus sit, in cuius medendi ratione apud authores controuersia non adsit. Et quamvis perniciosissimum censeatur, vt de ægrotãtis medella & prædictione nihil securũ, nihil perspicue vtile ex illis (alia alijs sentiẽtib⁹) detrahatur, tamẽ pauci, aut (vt melius referam) nullus ad eas cõponendas doctorũ controuersias accessit. Quod si aliquis eas exponere voluit, perpaucas quidem & minus affectus curationi decentes declarauit: vt ex confuso curã

di ordine hæc facillime percipiũtur. Rẽ itaq. adeo vtilẽ difficilẽq. ab aliquo, vt dixi, facultatis huius sapientißimo viro exponendã desiderabã, atq. ita vehementer, vt prius senẽ confici me, aut moriturũ potius, quã ab eo tantum suscipi munus putarẽ. Atq; ideo quod voti cõpos nunquã fieri potuerim præstare quidẽ duxi librũ hunc (medẽdi canones nũcupatũ) in lucẽ emergere, quã tineis de rosum in obliuione delitescere. In quo nõ parũ difficiles plurimorũ authorũ sententiæ, circa morborũ capitis ac pectoris curationem descriptæ enodantur exponunturq. Hæc vero canonum methodus erit: ea quidem tantum quæ in morbis abditißima censebuntur, his, nõ minus quam breuissimis verissimisq. propositionibus: aut si mauis veluti quibusdam aphorismis cõplectẽtur. Sic pariter multa paucis lineis animaduersa memoriæ facillime mãdabũtur: et in harũ obseruationũ enarrationibus consequẽter exhibitis earũmet veritas perquiretur: plurimisq; præstãtissimorũ virorũ sen

tẽtijs et rationibus defendetur. Verũ hãc qualem cũq; ingenij mei solertiã vt studiosi amplectãtur rogo, quæ (ni fallor) ipsis frugi futura est: quid quid factum fuerit, boni consulentes. Proinde, siquid ex meis scriptis non proba fide translatum peritioribus venerit, sciant solertissimum etiam hominem interdum dormitare: egregieq́; illud dictum putent, nullum esse tam prauum librum qui aliqua ex parte prodesse nequeat: ac nullum esse adeo sincera & sana doctrina ornatum, qui detractorum calumniam euadere poßit. Me ipsum haud velim adeo proteruum existiment, vt meliori iudicio non cedam: imo siquis meliora dare velit, fauebo etiam vtroq. pollice, tãtum abest vt reprobem. Si vero quæ nunc vigilijs nostris non parum elaborata emittuntur, vobis grata esse cognouero, non solum alteriam huius operis partem (in qua tertiæ cauitatis morborum canones describi valent) verum etiam non nulla in Hippocratem commentaria me editurum polliceor. Vale.

¶ INDEX EORVM quæ in hoc primo Canonum me dendi tomo continentur: cuius numerus fit per paginas.

A

¶

que

Comi

Cri-

cor

D.

Dolor

E.

pluri

Hipp.

L.

mor-



mul-

P.

pul-

cula

Q.

R.

ęqua-

S.

San-

T.

T.

Tabi

V.

Viriũ

Finis tabulæ.

¶ Errata quorum primus numerus paginam alter lineam denotat. I. Lib.

11. 11. ipsam. 13. ex his 12. 2. propositione tamquã 13. 9. effectricibus 14. 26 adferet. 15. 15. acrimonia: 19. 4. sine his. 20. 7. contingere 20. fero. in adnotatione dic accipiat. 27. 18. medico, 29. 15. scientifice. 31. 22. prosint, 33. 21. affligãt. 35. in adnot. die de febre. 43. 8. quid ni. 26. percipere. 47. in margine dic talẽ spiritũ, 49. 17 rubrũ deniq; 55. 4. eroserit. 56. 14. percepto. 57 14. multũ. 22. mala existit. 58. 1. illis. 62. 2 fit inquit. 65, 13. tamẽ. 66. 9. quousq; 11. lõginqua. 67. 13, adnasci. 68. 11, obtinẽte 76. in adnotatione peripneumonia 77. 26. insinuat: 79. 9. nuncupato. 85 1. soporis, 27. aberrant: nam si eã, 87, 8. rationi, 18. sunt; ipsas tãtũ vitiari. 108, 6. sinus, 114. 22. pręstantissima. 115. 11, fluxili 22. imaginis, 117. in adnot. lege sic cõfoueri ac conseruari. 119, 20, nostrũ, 123, 19.

memorãdi,27, ſiccus.129,7. cõmentarij, 130.18.conſiſtẽtia.132,14,demẽtes.134. 16,imaginatricis functionis.135,12. Ad hæc,136,7,ſæpe,13.exinde cõſtat,139.21, functioni,147,10,ſpiritui.148.24,interim in.150.6:quietẽ.17.externi,154,16. Etera,20,informari,155,21. cõſecutura, 158,in adnot dic inſipientiã oſtẽdit.159. 27,ac inter,160,1,ei vnũ,161,27, & minꝰ 172.1,elaboratio,9.ieiuna.173.acutiem 179.1.enim ſomnus.186.10, ob maiores, 189.in adnot.ad mentẽ.191.in adnot. perficitur.192.20.præferendum.194.3.perſpicuũ eſt.Quã.196.27.melãcholiæ. 202 quæ à.209.18,aphoriſmos,211.8. amittẽs, 213.10.affectibus.214.22, minores ipſa cẽsẽtur.216.14.ſolet,221.17.ſubdititia.223. 7,adẽptus.225.19, inferentes.227.19. Ad hæc.229.11,corpore: idq; 230. in margi. cõuulſio ab innanitione,232.1.autem hi 236.4 (nullam.5,obſtructionis. 6. relinquẽs).8.valet.138,10, mentem (quod is, 12.exiſtant)14,offendi contingeret.239. 28.exhibẽt.240.21.incidere.242.4.(nullã.5.potens)245.20,humore.247.19, detractione.249.16. conſtringens. 250.28, cauſa in.254.13 deperdi docet.255.3. nimirũ.25.inflãmatorium affectũ.257.14.

induxit.258.25.ſanguinẽ.264.10.hoc eſ ſet.265.25.in ſoporoſis. 266.15. differentiis.269.9,ſed ſi nullam(alibi dixit) 271.14.vehementia.272.27.quod licet.276 2.ſicut nimis.280.25.adlatæ.283.5.nitro 296.3.tum demum.299.6.ſint laxa, 300.7.ſemper exiſtat.302.18.à ſana.

¶Errata.II. Lib.

309.19.(quæ acutior.20.nuncupata)28. nouo.324.21.(ex morbi potentia)328.4 & vinum.328.25.ſic enim inquit.330.19. rhyade.331.3.acria.333.13. ac compulſus. 334.1.(dum is acutus ſit)339.10. conuicta.343.18.quoduis ſignum.345.6.optimum.348.2.multus.352.1.initio.354.9. tribuentes.360.11.(ducto.12.ſpiritu)369.26.quam obſcurum.370.5.ſub[illegible]ntiam dicimus.378.ſiue.404.1. conueniat.in marg.lege innanitis.408.ſanguinis.409 6.(talis eſt vt plurimum melãcholicus.) 413.13.febre. 414.1.difficultates. 3.ex poſtulent.16.aſſeruit. 420.17. magnus. 22.pulſus.Licet.422.23.difficultaté euenire quin. 425.15.colore. 427.19.ſanguis.436.in margine.1.lin.ſuſcipere.6 laxus.11.pituitoſos.13.membranæ.437.9.

morbum,441.17,spumosa.443,4. diu.
445.2(nõ est enim.4.alterius)446.8.e-
ruptionis.19.per os.456.2.materiam,at-
tẽperandũ sanguinem,ad prohibendam,
457.25.destinatus.26,potius qualitate,
in margine li.3.sanguinẽ.5, si vero cũ fe-
bre.458.24,sequitur.459.10. narcotica,
13.minuens.19.an multus.21,simile.460
6.admouebat,25.curationis,464.18.du
cere,21.coctionis.465.25, potionẽ. 475.
9.Plinius li.20.linea vlti.in dolore.478
16.aqua.483,in adnot.line.2. si potetur,
19.ventrem.485.2.omnium.11,omnium
486.10,omnium.495.6.scãmoniæ, 499,
23.erucas.500.17.austus. 502.7.in rubo,
506.6.opposita.26.est vtrum,509.12. vel
simul.in adnot.interuentu.510.21.pleu-
ritis.[illegible]3.2.dele illam,& lin. 3.dic illam
obtin[illegible]e.515,3,sectione.7.colorem.519,
17.longis,520,16.siue.523.17, eum.528.6
sanguinis.19.distenduntur.536.22,dele
nihil.540.12.siue.557.12, palpitationem
560.12.dilatationem.161.28.cum pertina
cia.570.16. symptoma.

CANONVM medendi Liber primus.

Authore Francisco Villarino.

Graui impulsione natura nostra affectui subijcitur: & prompte labefactata, ad dolorem cōpellitur: Ideo multis non minimis præsidijs ei mederi decet. Primus Canon.



VM ex pluribus valdeque diuersis nostræ naturæ constitutio fabricata conspiciatur, proinde non obscurū est asserere eam cōtrariorum constitutionem multis variisq; eorundem causis: vel aliunde assumpta occasione amitti. Verum vnicam genere causam Hip. omnium morborum, ipsum spiritum constituit: quam non ita Expositio. Lib. de flat.

 Aristo-

Lib. de ort. et interi. 23. tex.

Aristoteles, sed rei contrarium cuiusque passionis occasionem principiumq; statuit. Est (inquit) affectus, siue passio, rei ob contrariam rem permutatio, quę subiectum lædere dicitur: vtrum vero spiritus cuncta corporis mala procreent, in destilatiõis canone declarabimus. Hoc autem nũc scire licet, affectus causam naturæ contrarium existere, (licet nõ omne) in calidi tamen innati offenso munere præcipue constitutum. Omniũ enim actionum innatus calor opifex est: nec aliter quam functionum læsione affectus exoriuntur. Dixi non omne, non enim quodcunq, naturæ contrariũ ipsam vincere valet, sed validum, ad certam magnitudinem perductum: nam & debili naturæ, quod robustis imbecillũ existit, illi graue videtur offensam impulsioneque peragratur. Vnde merito Galenus retulit, exiguas ab exacta symmetria declinationes haud quaquam morborum nomine describi, donec sensilem alicui functioni noxam inferãt. Non enim vbi immodicum calidum, aut frigidum est, ibi & morbus, quousq. ita magnum, vt actionẽ aliquam referat offensioni. Propterea graui tantũ alteratione naturam

1. de morb. differe. cap. 4. Facta occasionis validioris ad minus validã coparatione nõ vnius tẽperamenti ad aliud cũ aliter notũ sit debi

conuin

cõuinci, in affectumque deduci necesse est: & hoc est sensim ipsam lædi afficiq. cum vero promptam patitur alteratio-nem, quantumuis per eam in pristinum sanitatis statum redditus perficiatur, dolorem voluptati commixtum naturam persentire perspicuum est: fit vtique in eo redditu acerba contrariorum sese inuicem exagitantium & pellere exoptã-tium pugna a qua dolorem subsequi est necessarium. Vti in prurigine lęsis licet duplicem sensum percipere, scalptu quidem molestum separando voluptas persentitur: verum ipsum magis cõmouentes ad partem de nouo mordacẽ succum attrahũt: vnde intemperies magis immutatur, & subiecta caro magis exasperatur, & dolor cõsequitur: at altero exemplo id dilucidare conuenit: eos qui vehementi frigore iter fecerunt, cum semel & confertim se calefacere properarent, dolor circa vnguium radices infestauit. Igitur quia redditus fit ad naturalẽ statum voluptas consequitur: at quia in adeo subita mutatione inæqualem continet pars intemperiẽ, cum frigidam, quã antea possidebat: tum calidam, quę nũc subito introducitur (neque aliud esse cõ

lẽ naturã cuicunq. accidẽti substernit robustã, oĩa cõtemnere.

Lib. 12. met. de inæquali intẽp. lib. de elemẽti: lib. 7. ẽ plato placit, 1, epi, cõment, 1,

trariorum se inuicem pellere contẽdentium pugnam quam alterationẽ in subiecto ex duplici intemperie cõmixtam: aliam factã in tutela ac defensione constitutam, sientem aliam pellere illam cupientem refero: ex quibus duabus qualitatibus vna consurgit non simplex, nec impermixta, sed cõplicata intemperies: quæ ob diuersam essentiã, ita pariter inæqualis appellari valet. Ideo dolor tũc exoritur, celeritatem & vehementiam transmutationis indicãs. Sed cum natura nostra duplici structura sit condita, tẽperie siquidem & vnione: ob id non minus alteratur corrumpiturq. tẽperamenti lapsu, quam vnitatis dissolutione referẽte Galeno variis in locis, præcipue tamẽ 2. acutorum in cuius loci expositione breuissime doloris causas describemus, & circa earum enarrationẽ opiniones præstantiores quamuis difficillimas exponemus. Alterantur, inquit, corpora subito simulque ab efficiẽtibus qualitatibus, cũ & calefiunt, & perfrigerantur, & siccantur, & humectãtur: verum vnitas dissoluitur, vbi corpora illa vel vehementer distendũtur, vel comprimũtur. hactenus ille.

Quæcunque igitur (harum altera via) naturam ſubito labefactant, dolorem pariunt, non equidem minus ipſa temperamento quam vnione cõſtat. Si vero propter vniuſcuiuſque ſtructuræ corruptelam inſignem, natura affectum patitur? quid ni propter eundẽ ſubito admodum dolorem patietur? nonnulli ex recẽtioribus medicis referunt magnam intẽperiem ſubito induci non poſſe dolorẽ gignentem, quin vnitatem prius intemperies ſoluat: adducunt vero pro ſuæ opinionis patrocinio quandam Galeni ſententiam ad hũc quidem modum. 4. ſim. cap. 1. ſcriptam. Siquidem cũ frigidum quæcunque contingit, eorum & contrahat ſubſtantiam, & condenſet, conſtringatque primum tenues tunc excernantur humiditates neceſſe eſt: ſicut ex oculis lachryma, ex naribus mucus: poſtea vero etiam mordax appareat, licet alia ratione quam in calido, nec enim erodẽdo quod continuum eſt, ſed diuellẽdo, moleſtum ac mordax eſt frigidum.

Ex quibus Galeni verbis apertum eſt aſſerere cum eiuſdem doctrina, neque calidum, neque frigidum moleſtum mordaxque dici: quatenus talia exiſtũt: ſed — Gale. expoſitio ſecũdum textum.

 vbi

vbi immodice talia: alterum erodendo, alterum diuellendo continuum, dolorē parere. At si aliquæ qualitates vi propria dolorem congignere, antequam aliquis alter affectus mediet, valent, maxime calor & frigus: alias autem intemperies sine his nihil perficere iam Galenus perspicue docuit. Hæc autem vt ex præcedenti sententia visa sunt, nisi continuum soluant, vel proxime accedant vt ipsum soluant; dolorem non pariũt. Nulla igitur intemperies, vt talis, dolorem parit, sed quia erodit, vel diuellit, vel comprimit, vel distendit, vel similē actionem efficit, mordax existit.

Integra expositio.

Cuius difficultatis enodationem nō aliunde quam ex eodem citato Galeni textu perquiram. Quæcumque etenim intemperies vel magna, vel parua dicitur. Rursus magna vel sensim afficit, vel prompte: ita etiam parua, vel paulatim, vel confertim officit. Si magna & sensim subiectum lædit, magnum portendit affectum, dolorem tamen nequaquā promouet. Si vero simul magnitudini intēperiei lædendi celeritas sit adiuncta, tūc ingens dolor generatur, neutiquā in intemperie, causa nimirum effectrice, solū

persi

persistens, sed continui solutionem persuadens, ea vt causa cõiuncta vtitur, qua adiuncta vehementius mordet ac cruciat. Parua autem intemperies sensim lędendo, temporis diuturnitate actiones perdendo, affectum quoque aliquem parit, doloris tamen omnino expertẽ: quę dum subito offendit, dolorem infert, cõtinui nulla subsecuta diuisione (non enim adeo potẽs præfuit, vt vnitatem solueret) sed calefaciendo, aut refrigerando tantum dolorem procreat. quod apparet verũ, ex his quæ sequuntur authoris verbis. Igitur subiectam materiam cõtrahere, & cõdensare frigidi semper proprium est: fundere autem, atque liquare calidi: vtriusque vero immoderatius aucti communis est mordicatio. Itaq; ad dolorẽ sufficit subito admota intẽperies, siue ea magna siue parua sit. Aliter non diceremus magnum, aut paruum dolorem fieri. Ad mordacitatem vero, oportet immoderatius ea aucta sit. siue prompte, siue sensim molestiam inferat: ideo dolor mordicans, immoderate auctam, vel summe auctam intemperiem exposcit: quæ mordicando continuum ipsum diuellit. Ac propterea dixit, frigida nisi

Arist, 4. met, or. 7, & 8. ca, Gale, 1, sym, cau, 20,

continuitatem corporis diuellant, frigida dumtaxat esse non mordacia. Demũ dolor à celeri intemperie quacumq; inducta (siue ea magna sit, siue parua) subsequitur. Mordicatio vero à magna intemperie siue prompte, siue sensim adhibita. Dolor cum mordicatione ab intemperie calida non minima, subito sensili parti adiuncta producitur. Dolor autem nõ est simpliciter tristis sensus, sed subita sensili parti illata molestia: vti retulit Plato, & in suum vsum recepit Galen. tum mordicatio quamuis sensum tristẽ efficiat, non ex necessitate subitam molestiam infert, quod solius doloris propriũ existit. In ea igitur parte nõ de dolore, neq; ei⁹ causis Gal. describit. Sed quatenus mordicatio à frigore, & à calore producatur insinuat. Ex quibus non sequitur intẽperiem calidã, aut frigidam prius cõtinuum diuidere, deinceps dolorem parere: sed quemadmodum calidi proprium est rarefacere, & frigidi condensare: Ita cum acrescunt per affectum magis rarefaciunt, & condensant: sed interest plurimum quousque continuum diuidant. Nam si hoc per dolorem semper fieret, idem pariter per reliquos mor-

Non tamẽ vehementiã sta tim arguere sed ĩ dies omnia accresce re paucissima aut nulla circa initiũ suũ summa existere.

bos

bos ſequeretur.nam vti in eo ſubito, in reliquis (etiã ſi ſenſim)efficeretur:at neque per cauſonem quantumuis magnã intemperiem,neq; per quartanam, & ſi longam paſſionem ac fortem, neq; per alias in gentes affectiones continuũ ſoluitur. Vnde male ſibi perſuaſiſſe Gal. clare comperimus,quum lib. de inequali intemperie omnẽ morbum vlcus Hip. appellaſſe ipſe protulit. Hoc tamen,ſiquid ſimile tali ſentẽtiæ,in Hip. operibus ſcriptũ reperitur lib. de locis in homine. 47. ſententia id eſſe videmus morbi quicũque vlcera ſunt, & ſuper reliquum corpus eminent;eos ſimul cum medicamentis fame etiam curare oportet. Hippo. ſentẽtia.

Vbi,cum loqueretur Hippo. de externis morbis,in quibus tum continui ſolutio adeſt, tum perſępe pure pars ipſa affecta conſtat eos morbos merito Hippo. vlcera appellat. Vnde non dixit ſic,omnes morbi vlcera ſunt, ſed cum diuiſione eos deſcribẽs. Sed qui vlcera ſunt: addit etiam,& ſuper reliquum corpus eminent,vt intelligeret medicus, externos tunc morbos ipſum curare. Nam neque hectica neque maraſmus, nec ab inanitione orta conuulſio fame curari valẽt: Expoſitio.

nec

nec id tãtus vir præcepit. Ex quibus cõ-iecturari licet, particulari descriptione per vocẽ: hi: morbos externos, quos non omnes vlcera appellat sed eos, qui vlce ra fuerint fame curandos esse Hip. præcepisse. Numquam vero in vniuersali, morbos vlcera nuncupasse reperiemus. Proinde si non additum est Galeno: erit tamen ab ipso, Hippo. attributum.

Quibus ad hunc modum expositis cõ stat neq. morbos omnes vlcera esse neq; semper à solutione vnitatis dolorem generari: neque futilis atque inanis illa Auerrois opinio audienda, quum ab intẽperie semper dolorem fieri sic contẽdit. Nam & his (inquit) quibus fit cum solu tione, necessario statim consequitur ad solutionem motus, ad motum intemperies. Quasi vero tantum motum solutioni præcedere debeat, vt tãtum calorem commoueant, qui cõfertim calidam in temperiem inducat. Dolor igitur fit ab intemperie, quemadmodum à soluta cõ tinuitate, verum proxime accedit intẽperies ad vnitatis solutionem: eamq; cõ sequitur, dum nimis perspicuum dolorẽ infert. et hac quoque via diluẽda est illa Galeni senten. 2. de comp. medicamen.

secun

ſecũdum loc. cap. 10. ſic conſcripta. Cõſiderabamus in commentario de doloris cauſis, quod ob diſſolutionem continuitatis ſimilarium partium dolor oboriatur: diſſoluunt autem ipſam erodentia exſiccantia diſtendentia & vehemẽter calefacientia, & refrigerantia. Vbi videtur Gale. omnes doloris cauſas ad vnicam reduxiſſe, vnitatis nimirum ſolutionem: quando & vehementer calida & frigida ipſã ſoluunt.

Huic difficili Galeni cõtextui, cũ ex his quæ hactenus dicta ſunt, tum his ex quæ ſequuntur, enodationem facile exhibebis. Itaq; ſubita intẽperies licet parua dolorem infert at cum vehemens eſt continuum ſoluendo, magnum doloré, hoc eſt nimis perſpicuum infert. Sed cũ omnes cauſæ, vel propter diuturnitaté, vel propter vehementiam continuum ſoluant: ideo de hac in ſigni cauſa tunc loquitur Gale. Quod licet hæc in ſignis tantum ab eo tunc enumeretur, proinde tamen non negar ab alijs nõ exoriri cauſis, vti à calore & frigore immodicis, nõ tamen vehementibus intemperiebus factis ſubito ſubiectum alterantibus, ſæpiſſime ipſum fieri docuit, & id nũc per Expoſitio.

ſpicue

ſpicue inſinuare conſpicitur, his quæ ſe-
quuntur verbis: (hac prius parte tanquã
veriſſima & manifeſta, ab omnibus huc
vſq; medicis accepta in memoriam re-
dacta. Vim doloris inſentiendi potentia
contineri: vnde cum ſenſualis iudex me
dicus ſit, ex ſentiendi diſtinctione cauſa-
rum pariter doloris diſcrimen optima
coniectura conſequetur.) At vero ſic ille
refert. Quidam vero velut erodantur do
loris ſenſum perceptant, quidam velut
diſtendantur, aut grauentur, aut tundan
tur, aut ſolius vehementer inualeſcen-
tis caliditatis, aut frigiditatis. nam ex v-
no quoq; eorum ſenſu cauſa putãda eſt
ergo ſi calorem ſentiunt, calida intem-
peries cauſa exiſtit: ſi frigorem frigida.
Vnde ſi putaret Gal. vnãquãq; calidã in
temperiem dolorem inferentem, conti-
nuum ſoluere (aut quia eroderet ſtatim
ipſa, aut incideret, aut mordicaret, aut
quicquam ſimile munus efficeret) dice-
ret quidem, ſimul cum caloris ſenſu ero
ſionem, aut aliud continuum diuidens
ægrum pati: verum ſolius vehementer
incaleſcentis, ſiue inualeſcentis calidita
tis, aut frigiditatis ſenſum, ipſum perci-
pere poſſe deſcribit; facile igitur cõſtat
calidam

Hoc eſt nimis nã vehemẽs intẽperies cõtinuũ diuellit.

calidam intemperiem, aut frigidam absque continui diuisione doloris existere causas. Aliter enim erosionis, aut incissionis cũ calore, diuellendi cum frigore simul sensum percipiendum semper in his doloribus, qui à calore & frigore exoriuntur adnotaret.

Atq; hoc dico de calore & frigore maxime affectricibus qualitatibus, cum patiens in dolore ab intemperie orto sensu caloris aut frigoris exuperantis, non solutæ continuitatis obtinet: & cum doloris essentia in sensu vt dixi offensionis sit locata, ideo sæpe à sola intemperie, quia solam eam sentiunt ægri, dolorem exoriri contenditur. Alias vero subito afficere qualitates sic intelligẽdum est. Humidum aut siccum, nihil sine calore, aut frigore efficere. Verum quia excedit quantitate humiditas, aut siccitas alias, ideo affectionis origo excedenti qualitati vt causæ tribuitur. Sed quia siccitas nisi nimis distendat, vt subiectum disrumpere videatur, dolorem non parit: & humiditas, nisi plenitudini humoris sit adiuncta: ideo tantum calorem & frigus, dolorem sine humori affluxu efficere referendum est; alias vero qualitates subito

bito quoque afficere posse (licet non a deo manifeste, aut vehementer, vt illas priores) non tamen dempto humore notum est: quamuis ille ergo cum calore & frigore lædendi celerem continent motum, verum exuperanti qualitati effectricis causæ nomen tribuimus: alijs adiutricis causæ nomenclaturam imponimus: qua expositione omnis de doloris causa per Galenum recensita sententia à calumnia defenditur: & constat verum esse, vnamquamque intemperiem sicuti vnitatis solutionem, subito posse omnem corporis partem alterare afficereque.

5, de sym, cau cap, 5,

Scholia in ea quæ de doloris causis asserta sunt, perspicacioris doctrinæ gratia conscripta.

NON in caute aliquis his quæ de doloris causis diximus aduersam ex Galeni placitis contentionē sibi eligens, quemdam ipsius locum adfert, desumptum ex. 1. de symp. causis lib. cap. 6. vbi præsentem enarrationem adducit, ipsius ex actiorem doctriuam ple

plenioremque ad lib.simpli.'reuocat. refertque eo in loco doloris causas abunde declarasse. Non ergo asserendum est. 4.simp.med. quatenus mordicatio à frigore, & calore oboriatur tantum insinuasse, & nihil de dolore asseruisse: cum ibi contrarium sensisse, sic nunc indicet. Demostratum ibi est, frigus aliter quam calorem delectationem inducere: ipsum tamen, eo quod substantiam diuellit, dolorem etiam excitare. Interdum pariter innata phlegmone, vltro citroque partē intēdendo, dolorē efficit. Idē subinde facit immodicus calor, aut humorum acrimonia .: ex hac Guillelmi copi translatione aliquis nimis contendere valet: ac putare calorem media distētione dolorem parere. Sed Thomæ Linacri verior ac maxime diuersa existit trāscriptio. Dolor (inquit) sequitur, alias quidem acri humore exulceratum corpus mordente, alias phlegmone superueniēte, quæ ipsa quoq. nonnūquam distendēdo contristat: nō raro etiā caloris iniuria, vel humorū acrimonia: ex qua editione manifesta causarū grauis sensus descriptio sequitur. In phlegmone qdē à trib⁹ oboriri dolorē indicat, à distētiōe

par-

partium, à caloris iniuria, & humoris acrimonia. Vnde cum humor copia infestans; phlegmone obsessam partem distẽdit dolorem inducit: & quia calidior quam pro natura erat redditus is succus est, grauem sensum infert: & quia prę caliditate eximia siccitatem nimiam intro ducente mordax factus, acrimoniá quoque infert, & tunc intensum dolorẽ promouet: tuncq; iá non simplex phlegmone, sed in erysipelatis naturam degenerans cõspicietur: vtiq; humor phlegmonem faciens, natura dulcis, gratissimus, ac corporis substantiæ plus alijs consentiens sit: nulla ratione acris, aut mordax existat oportet. Nisi biliosi attriq. succi essentia, vel facultate particeps redditus phlegmonem erysipelatodem, aut alium compositum tumorem procreet. Atq; in composito affectu duas doloris adesse posse causas, manifeste Gal. 6. affect. loc. cap. 2. de coli dolore agens protulit. Ergo probabile (inquit) est frigidũ eundemq; crassum, aut viscosum humorem, aut flatuosum spiritum, in corpore crasso densoq; genitum, sed digredi nequeuntem dolorem excitare: vehementem quidem, geminam ob causam intem
peran

perantiam, & corporum quibus cõtinetur tensionem: longum vero quia difficulter vacuatur. Quo in loco Gale. clare insinuat, præter tensionem, intemperiem quoq; per se dolorẽ parere grauissimum, ob diuersum molestiæ sensum corpori illatum: diuersa quidem à graui intemperiei sensu, tensionis molestia persentitur. Ita pariter geminus dolor mixtus erit duo dolores (quia duplex est, ac maxime diuersus ille grauis sensus) permixti dicentur.

Ita forsã oĩs vehemẽs dolor, duplex est dolor, quia geminos molestiæ sensus diuersos infert.

Cum vero deinceps inquit, diuellitur autem & gustus instrumẽtum, quatenus vtique tactus est particeps, à iam dictis (hoc est à calore, frigore, & reliquis) quatenus vero ad gustum proprie pertinet, ab acutis amaris acerbis & acribus succis: propterea quod horũ singuli, sicut monstratum est, continuitatem soluunt hactenus ille.

Attamen quatenus hæc amara acerbaq; per se dolorem inferant: vel absq; calore vel frigore permixta, offensionẽ ita insignem pariant, vt solutionem continui efficiant, credere difficillimũ est: imo potius impossibile. Nam si Hip. lib. de veteri medicina ad calidum morbũ

producendum, neque ad frigidum, calidam aut frigidam qualitatem, neq; amaram aut acerbam qualitatem proferre scripsit: nisi simul ea contineantur, quatenus ad affectum doloris participē gignendum, amara vel acerba, calore & frigore minus potentia sufficere poterunt. Atqui ego (inquit) maximum signum esse puto, quod non propter calidum simpliciter homines febricitent, neque hoc sit simpliciter afflictionis causa: sed est & amarum ac calidum idem, & calidum ac accidū, & salsum ac calidum, & alia infinita: & rursus frigidum cum alijs facultatibus coniunctum. Vbi Hippo. euidenter nullum horum impermixtum passionis dixit causam ad esse posse. Dixit vero afflictionem non affectum, vt sub ea voce omne affectionis genus comprehenderet: tam cōfertim, quā sensim factam molestiam. Ac propterea etiam nunc à primis, nūnc ab alijs qualitatibus affectionum differentias numerare incipit, nunc calidū & salsum, nūc vero amarum & calidum dicens: & quēadmodum à corporibus, quibus secundę insunt qualitates, primas separare est impossibile, cum ab his illæ sint congeni-

te:nec propterea à subiecto, primæ sint à vulsæ:ita pariter earum potentiæ permanent:imo sicut secundæ sine illis non fiunt, ita ne his, nihil efficere magnum queunt, & excretionem, quã omnibus sensibus obtactum his permixtum, Galenus contribuit, non quidem putandũ est à rebus amaris, quatenus talia existunt;sed quatenus calida sunt, prouenire, subiectumque corrumpere posse neque solis splendor candicans, maximũ oculis dolorem, imo nullum ipsis inferre dolorem, quatenus albus est, valet. Sed quoniã calidis tenuis candicansq; simul ipsis apparet:non enim quia tenuis simpliciter, spiritum visiuum discutit, dissoluitquè:sed quoniam talis à calore factus, existimamdum est hunc simul calidum esse, ac exinde visionem discriminare: sæpe quidem Galenus ad affectus agnitionem, originemq; dignoscendam secundas qualitates, pro primis accipit, vti in febrium dignotione ipse & alij efficiũt:ex accidoque ructu, superantem ventris calorem, indeque exactiorem ipsius concoctionem fieri, constanter excipit. tum etiam ex secundis simplicium medicamẽtorum qualitati-

bus primas ſæpiſſime in eorundem medicaminũ libris percipiebat. Secretio igitur in quocumque ſenſu facta fuerit, dico aduertere facit: ob permixtũ vnicuique ſenſui tactum, id fieri: præcipueque ob primas offendentis qualitates, diſcutioné hanc cõtingere. Gale. tamen medici tũc, magis quam philoſophi munus peragẽs, à poſteriori, affectus cauſam indagare videtur: licet priorem cauſam haud quaquam neget. imo ex vna in alterius præcognitionem venit. Hæc autem omnia propter duo aſſerta ſunt: tũ quoniam ſoli tactui calfactio, refrigeratio, violenta: hæc & quæ contundendi, ſecandi, diſtendendi, vel erodendi facultatem obtinent, accidũt. propterea quod euidentior ſenſus, ab euidentioribus offendi debet qualitatibus. tum etiã, quia a primis ſecundisq; qualitatibus promp̃te & ſenſim ſubiectum lædi valet: & quatenus hæc proficiant, hactenus aſſertum eſt. Vbi differentem moleſtum tenſionis ſenſum ab intemperiei ſenſu graui, eſſe dicebamus. quamuis vtraque læſionis potẽtia, ſoli tactus ſenſui propria ſit.

6. aph. ho. 1. co. qđ ſi aliquãdo fiat ſignificat tantũ iã tẽpus cibum in vẽtriculo retineri qđ pricipiũ mutationis accipiunt et naturam ſuorũ operũ reminiſci.

Quatenus morbus omnis, vlcus ex Gale. dici valeat: & cum eo simul, ab intemperie sola dolorem fieri.

SI ex eodem primo de ſymp. cauſis citato loco, & ex lib. de inequali intemperie, quod ibi omnem morbum vlcus appellauerit, quis cum pertinacia, á ſola intemperie dolorem non fieri contenderit. Sic eius calumniā abſque pertinacia, coercendam, à nobisq; refellendam eſſe ſuſpicamur. Nam quæ à Gal. 6. capi. 1. de ſymp. cauſa & lib. de inæquali intemperie expoſita ſunt; ex his quæ initio eiuſdem lib. de ſymp. dixit, pendere videntur. nec aliter à calūnia vtraque Galeni placita liberari cernuntur. Vnitatis (inquit) diuiſio, ſuper omnia quæ prædicta ſunt, tum ſimilariū tum inſtrumētalium partium comunis eſt affectus. Non cerebro modo, aut neruo, ſed etiam cryſtallino humori incidere potens. Cum huic etiam ex trāslatione (ſiue à ſede commotione) inſtrumentalis morbus accidat. At vero ſimilariū partium affectus, ſimplex intēperies eſt: ſi vnitatis ergo diuiſio ſimilarium mor-

bus eſt, erit quidem intemperies: vel vtrisque accidens partibus, ſimul cum intemperie tenſio aut eroſio, aut quidquã his ſimile erit. At vnitatis ſolutioné intẽperiem nominare abſurdum eſt: neque intemperies vnitatem diſſoluit niſi vehementer partem vt inſtrumentum, afficiat. erit ergo potius inſtrumentalium partium morbus ipſa vnitatis diuiſio, nõ quidem ſimilarium, niſi pręceſſerit, vel ſimul cum ſoluta continuitate intemperies ſubſequatur: tum quidem vtrisque partibus comunis erit affectus, verum cõpoſitus. At id non videtur demonſtrare Gal. ſed ſimilaribus vnitatis diuiſioné accidere poſſe, quemadmodũ & inſtrumentalibus partibus. id autem ſic perſpicuum redditur, ac expoſitionem ſuſtinet. Vnitatis ſolutio in partibus inſtrumentalibus vere ſequitur cum ipſæ diuiduntur: non vero in eiſdem, cum aliqua affectio his ſubſecuta, proxime accedit vt ipſam vnitatem ſoluat. Attentio, à medicis ſoluta continuitas licet improprie appellatur. Nam quæ parum à ſuo fine diſtant, nihil philoſophis etſi improprie diſtare videntur. Vti mobilia quieti proxima, quieta appellare cõ-

ſueue

ſueuerũt. Ita in ſimilarib⁹ partib⁹ duplex vnitatis ſolutio contingere valet, altera magis quã altera propria. Cum enim alter, ab altero humore (vtrisque parti cui inerant, neceſſari.s) ſecretionem efficit, vnitatem proprie diſſolui dicimus. Cũ vero alter vel magnitudine, vel qualitate alterum ſuperat, vnitas quoq; diſſoluitur: cum humorum vnitas intemperamenti æqualitate ac moderatione conſiſtat: quippe cum eorum aliquis maxime abundat, alterum nõ ſolum exuperat, ſed diſſoluit, abſumitque. atque hoc præcipue inæquali intemperiei accidit, ideo lib. de inæquali intemperie morbũ omnem vlcus eſſe conceſſit: vlcus appellando omnem vnitatis ſolutionem, non vero vlcus quatenus proprium eſt, hoc eſt carni diuiſionem inducens. Si ergo quamcumque vnitatis ſolutionem, hoc eſt ſiue humorum expulſionem, augmentum, diminutionem: rurſus ſiue ruptionem, tenſionem, contuſionem referas, vlcus appelles: neceſſe eſt quemcũque affectum hac ratione vlcus eſſe, & appellari quippe eodem loco Galenus de quo vlcere ſcripſiſſet, recte demonſtrat, dum ulcus ſtatim vnitatis diuiſio-
 nem

nem esse exponit, non vero dicit carnis, aut musculi sed generalius ad oēs partium secretiones efficiens, ipsum vnitatis solutionem esse, tantum dicit. Atque eodem 8. cap. lib. de inæquali intemperie, calida, & frigida proxime accedere dixit, vt vnitatem instrumentalium partium soluant. Verum dum ea non dixit magna tantum, sed summa extent intellexit. Proindeq. immoderatum omne ad aliquid dici censetur: alioquin, 6. cap. 1. de symp. causis ob caloris iniuriam, & humoris acrimoniam, in inflāmata parte dolorem persentiri retulisset. Id autē nequaquam perscriberet, nisi immodicum calorem, & nimis immodicum (id est mordacem) diuersos dolores parere, euidenti ratione doceret: ac tum nō cōtinui solutionem à magnis portionibus celeriter illatis oboriri assereret, nisi per eam immoderatam magnitudinem, non adeo insignem doloris ab intemperie orti: causam vero diuersam ex necessitate futuram demōstrare conaretur. Qui igitur ab intemperie ortum dolorem, media solutione cōtinui fuisse factum semper contenderit: si de vera, siue instrumētalium partium diuisione, vel ad hanc pro

In affectibus omnibus inflāmatoriis nō solū quia intētæ sunt partes dolēt: verum etiam quia intēperātia affecti sūt ac ne hac exiguam ad dolorē inducēdum vim habēte. 2. de locis af. car.

proxime accedente id intelligat, maxime à Galeni placitis & genuina veritate alienus existet: si de alia solutione cõtinui id proferat, id nequaquam negabimus, licet ea impropria solutio cõtinui dicatur. Quod si de hac vniuersali vnitatis solutione Galenus non intellexit, cũ affectum omnem vlcus nuncupauit, propter hoc quia impossibile, semper id verum esse, iudicatur, numquam, vt antea recte assignatum est, ab Hip. perscriptũ, siue relatum est.

Secunda canonis pars exponitur, quæ huiusmodi est: ideo multis, nõ minimis præsidijs, ei mederi decet.

CVM hactenus de doloris causis exacte disputatum sit, nũc ad remediorum varia genera diuerse pro causarum origine, describenda deueniamus. 6. quidem remediorum generibus, dolorem à medicis interdici posse constat. Vti alterantibus medicamentis, euacuãtibus, anodinis, narcoticis, causticis, febremque inducentibus. Omnia itaque

Artis equidẽ cõiectura curandi in affectionũ cognatiõe maxime cõsistit q̃ vbi inuentæ fuerint curationẽ nõ cõiectura, sed scientia indicant, 2. de cõpo, med, s.l.m

lo, c, 10, Gal, alterantia toto genere contraria causæ doloris,

contraria alterãtia, dolorem ſedare poſſunt: contraria cauſis ortuiq. doloris refero, vti calida frigidis, humida ſiccis: cũcta tamen alterantia, hoc loco contraria dicimus, nã quę qualitate cõtraria cauſæ doloris non omnino exiſtunt, non omni ex parte, neq; vere alterantia dicũtur. Sed cum altero ex prædictis genere condita, vt digerentia, & diſcutiẽtia calido dolori admota, partim alterantia, partim euacuantia erunt.

Secundũ genus remediorum,

Euacuantia quoque in dolore affectis, plurimum conferre notum eſt: vtpote, ipſius cauſa humoris comfluxui permixta exiſtente. hoc tamen in hac parte animaduerſione dignum prætermitendum non eſt, quatenus in doloribus ad animi vſque deliquium ſangui nem mitti, vel purgans medicamentum propinari, liceat. Et ſi tres aſſignet in arte curatiua cauſas, quibus ad hanc diffuſam ſanguinis vacuationem efficiendam medicus promoueri debet, vt eo frigore recreet facultatẽ, intęmperie calida pene confectam, atque ita aluum fluere faciat, aut vomitum, aut ſudorem copioſum excitet. Hæc autem omnia deſſicerent,

quam

quamuis multum ac cito æger euacuaretur, nisi animi deliquio premeretur. Quamuis igitur propter hunc finem id efficiat Galenus, peritus tamen medicus, non semper in magnis doloribus ipsum excitare deliquium debet: propterea quod incertus est deliquij finis, num in syncopim, aut interitum, propter incertam virium agnitionem, in qua non raro fallitur bonus medicus, transiet: ac etiam, quoniam magnus per se dolor magnam virium dissolutionem parit, quoquidē tempore, vires amplius per deliquium dissoluere, ac in vitæ periculum deducere, nihil aliud est quā nimis incōstantē curandi methodū reddere. in maxime igitur robustis, quorū abunde constans natura medio sit perspecta, si vrgentissimus aderit dolor, aut febre acuta, aut valenti aliquo symptomate cōplicatus, tunc merito, eximiam hāc sanguinis detractionē efficere poteris, vt subsecuto simul magno fluxu, magnum item auxiliū expectes. Verū vsq; ad animi deliquium num purgans medicamentum recte exiberi valeat, nunc breui methodo exponemus. Cum numquam ad hoc peragrandum optima cōiectu

In oībus doloribus siue frigidis, siue calidis reuulsiuā sanguinis detractionem consulit Hip. dolētem, inquit, capitis partē posteriorem in fronte incissa recta vena prodest, f, aphorism. 68 sen,

ieĉtu

iectura, medēdi artifex vti valeat: & nō ſine experimenti inſigni periculo, non enim ita facile, huius remedij, vt miſſio nis ſanguinis exuperantis potentia ab ſcindi quit. Ideo non immerito, de eius exceſſu nimis pertimeſcens tale præter mitet auxilium. Rurſus nec de ægri viri bus ſic confidēdum eſt, vt ad hoc expur gationem ſecure deuenire ſpectemus: & ſemel agitatum humorem non educen dum, nec carnes ob id colliquandas, nec ſubſequendam diſenteriam, nec innume ra ſymptomata, nec demum ægrotantis interitum tunc ſine magna medici auda cia, vel potius temeritate procurari exi ſtimemus. Præſertim, vbi id perſæpe rei terari valet, quod videtur præcepiſſe Gale. lib. de vene ſec. aduerſus Eraſiſ. in cap. 10. ingens, inquit, in propinatio nibus pharmacorum expurgantium pe riculum adeſt, quod vel non commoue tur expurgatio, vel quod in aluum attra ctum eſt non facile excernitur, vel cum dolore, morſibus, torminibus, perfrigera tione pulſuum, interceptionibus, ac ani mi defectionibus excernitur. atque hoc præcepit Gale. cum vero Hip. primo a- phoriſmorum. 23. ſententia referebat, de

ie ctio

iectiones non multitudine æstimãdas esse, sed si talia deiiciantur, qualia expedit & facile tollerant: hanc partem de omni vacuationis genere describi manifestum est. cum retulit tamen. Atque vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum etiam hoc si æger possit tollerare: hoc de vniuersaliori tantum euacuatione, subqua omnium humorũ vacuationem intellexit, ab eo prolatũ fuisse, referendum est. Nam ad hanc sanguinis missionẽ, sufficit intelligere medicum, ægrum eam posse tollerare: cum nulla illi opus sit ad quantitatem dimetiendam sed scientrice artificiosa coniectura: neque exuperantem tunc vacuationem pertimescat. In purgãti vero medicamento, & ægri tollerantia sit oportet, & magna vtcumque sit incerta, ac numquam periculo vacans, nec super purgatio, immodica ve sorbitionis vis præscindi valeat, neque quantum, neq. quando in manu medici sit. Et quando Galenus in commen. huius sentẽtiæ sic retulit, adhibita distinctione, an sanguis mittendus, vel corpus expurgandum sit vsque ad animi deliquium, non quidẽ propterea id asseruit, vt inde ad magnã medi

Alphõsus lupeius sic traducẽdã esse sentẽtiã cẽset adhibita distinctione an sit purgãdũ, vel vsque ad animi defectum sanguis sit detrahendus,

medicamenti quantitatem propinandã medicum audacem redderet, sed enim ad paulo maiorem describendam potionem, quam si per aliam infirmitatem eundem humorem, equa ab errare portione optima quadam coniectura medicus assequi poterit. Ita vt, quamuis per tale medicamentum in magno dolore, vel reliquis duobus affectibus, animi deffectum subsequi videat, malum exinde medicaměti successum, nõ statim vereatur. Nam & magnus ipse morbus id per se expetit, & animi deliquium cũ ex viriũ animaliũ lapsu, non autẽ calido cordis innato deficiente proueniat: proptrea subsequutũ iam, non difficilẽ ipsius curationem futuram existimabis: ipsum tamen nulla ratione per medicamenta excitabis.

Tertium genus remediorum,

Cum vero neq; alterantia, neq; euacuantia exhibita medicamenta dolorẽ dirimere, aut sedare valent, anodyna omnes practici accommodant: vt quæ parum calidiora quã symmestra, & tenuiũ partium cum sint, dolorẽ proprie sedãt; quatenus vero id efficiant, abunde Gale. 5. simp. 18. cap. edocuit.

Quartũ genus remediorum,

Quando vero anodyna non profuerint

rint,narcotica,ideſt ſomnum concilian tia vel ſtupefacientia dicta exhibentur: quæ temperiem ſortiuntur omnino aduerſam his, quæ re vera ſunt anodyna. Refrigerant quidē omnia corpus,& ſen ſum eo vſq; ſtupefaciūt, vt ſi paulo libe ralius ebibantur:mortē inducant. Quod cum ita ſit,commodum mihi hac in par te videtur, regulas quaſdam ab alijs, ſparſim tamen, conſcriptas ſtatuere, vt ab eorum exhibitione, nullum eorum quod ſubſequi ſolet incommodum con ſequatur. Prima eſt,tunc narcoticis vtē dum eſt,quando alia medicamenta non proſſunt. 2. non eſt vtendum illis, niſi ſumma ſit vrgentia.3. non vtendum his in corpore languido, vel parte languida,vt in ſene pituitoſo, & in his qui parum caloris obtinent:in quibus ſi exhibeātur,nō ſine futuri periculi prædictio ne,id efficiendū.4.à leuioribus inchoan dum:quæ ſi poſſint, in his quieſcendum ſin minus,ad altiora perſequendū:vt pri mum in coli dolore, ægetea nuncupata compoſitio,quæ parum ſtupefacit,exhi beatur, parum validior atthanaſia, demum valentius Philonium tribuatur. Bacchanelo teſte lib.de medicorum cō

sensu in de scripto morbi capite. 5, sem peradmouenda actu calida, potius quã frigida: quoniam dum calor persistit, vis illa venenosa non adeo perniciosa existit. 6. non est vtendum simplicibus, sed compositis: semper quidem in compositione ea adesse solent, quæ stupefacientium vim & malignam qualitatem corrigant. 7. vtendum potius his est, fermentatis, quam aliis vt sua maceratione vis eorum nonnulla deponatur. 8. non apponantur nisi per interualla: vt tempore eo exacerbato, vapores & res noxiæ cõmodius faciliusq. diffleentur. 9. admouẽda tempore somni, quo tempore ad interiores corporis partes calore confluente validior ipsa ad versus medicamenti vim natura conficiatur. 10. vt externis, potius quam internis corporis partibus tribuantur. 11. ad sorbitionem semper sicca, numquam humida narcotica exhibeantur. Vti cicuta, mandragora sine cortice, & alia huius essentiæ, a Gale. 5. simpli. omnia genere deleteria, non quãtitate nuncupantur: de quibus citato loco & passim, notatu digna describit. 12. tẽpore intermissionis, id est cum nõ apponuntur parti, pars ipsa roboretur. Vltima

6, epi, sec, 5, com, Gal, leges vbi inquit vt aliquid vires retundat aliorum medicaminum permixtio a Philone reperta est,

Si vel minimũ assumatur inficit,

ma, eorum quantitatem & accommodã di tempus, quam minima futura esse adnotabis.

Causticis in duplici genere, pro dolore detrahendo, medici quotidie vtũtur, actu siquidem, & potentia talibus: actu vero solus ignis existens: potentia vero multa sunt: ea autem calore nostro indigent vt in actum reducantur: deinde ignis vim exercere cernũtur. At quibus & quando, distincte vtẽdum sit, non est huius loci inquirenda ratio, ac methodus, sed in diuersis particularum dolori bus eorumque disputationibus, id exactius perquiremus. 5. Remediorũ genus.

Si in multis variisq; doloribus accõmodata cauteria vtilissima existunt, ac non sine magna ægri molestia præstantur, quid obstat, quo de nomine nõ possimus alia dolorum excogitare remedia quę licet ægrotantem affligãt, vrgẽtissimum tamen dolorem, non aliũde remedium exposcentem, vitæq; periculũ inducẽtẽ dirimere valeant: huiusmodi vero erunt febrẽ inducentia. Licetq; medico naturæ imitatori, simile atq; natura opus promouere, ex qua medicamentorum exhibendorum ratio omnis dedu- 6. Remediorũ genus.

cta est. Sed hæc, quæ nihil frustra, nec temere facit vt magnũ deuiet morbũ, magnũ pariter & admirandum præsidium excogitat: vt febrem repentino vrgenti quę ex attra bile capitis dolori adiungẽs ne impotens, syderatus ve æger efficiatur, ac tandẽ cito pereat. Cuius rei testimoniũ plerisq; in locis adducit Hip præcipue tamẽ. 3. de morbis, lib. sen. 7. dũ ita retulit ipse. Alius morbus de repẽte, dolor occupat caput, & statim vox intercipitur, ac sui impotẽs fit, hic in. 7. diebus moritur si non febris inuaserit. Si enim hæc inuaserit, sanus euadit. Patitur autẽ hæc, cũ attra bilis, ipsi in capite cõmota fluxerit, maxime in partẽ, in qua plurimæ sunt venæ in collũ inquã, ac pectus. Deinde postridie syderatus fit. ac impotẽs sanguine præfrigerato. Et si superior hoc est febris, euaserit, ita vt sanguis calescat siue ab his quæ exhibẽtur, vbi perspicue declarat per ea quæ exhibentur, posse nos febrẽ tũc inducere, ac sic affectũ curare, siue à seipso attollitur, ac diffunditur, ac mouetur, & spirationẽ inducit, & spumescit, & abile separatur, & ita sanus euadit. Si vero febris nõ euaserit, idest si nõ superet causam dolorẽ efficientẽ, adhuc magis perfrigeratur, & cũ

penitus perfrigeratus fuerit, & calor ex ipſo deſecerit, cõgelatur, & moueri non poteſt, ſed moritur. Ex his igitur Hipp. verbis, ex naturæ operibus, ex eorũ diſcurſu, ac fine, rectæ manifeſteq; quid in exquiſitis his affectibus, quibus nec plurima aut nulla alia præſidia proſunt, efficiendũ ſit, perpendes. vt repentinã ergo interitus occaſionem demas, febrẽ induces. Vti in dolore iſto depinxit Hip. per febrẽ quidem, velut coquitur crudus, vt ita referã, humor, ac medicamẽtis nequaquam cedẽs, fluxilis redditur, vacuationiq; paratior efficitur. Et licet cordis tẽperiem febris corrũpens, vim vitalẽ minuat, nihil cũ Gale. adeo prodeſt, quod citra omnẽ noxã id efficiat. At vero quæ febrẽ inducãt, vt breuitati parcã, recẽſere nolo: in genere vniuerſaliq; enarratione, id attingã ſiue in potu ea quæ nimis calefaciãt exhibeas, ſiue calidis adhibitis cataplaſmatis, frictionib9, balneis, & his deniq; quæ tũ calfacere, attenuare, aperire, humoremq; diuerſioni, & vacuationi ſubijcere ac parare queunt, febrem induces. Quibus ſic paratis ſuccis, purgantia medicamenta adhibebis.

Lege, 6, aphoriſmorũ. 40. com, Gal. vbi alterũ de foetu exemplũ adducit,

Siquis aliud remedij gen9 deſcribẽdũ

 eſſe

esse putet, incissionem scilicet qualem statuit Hippocrates lib. de locis in homine. 22. & 23. senten. eam tamen, ad vacuantium auxiliorum caput reducere possumus: nam per incissionem impactus educitur humor. Hæc igitur sunt, candide lector, quæ de doloris causis, ac varijs remediorũ generibus & difficultatibus circa hæc, referre possum. Quam methodum in subsequentibus disputationibus obtinebo: nunc signa, nunc causas, alias prognosticum, alio in loco curationem solum statuens: quia de his tantum, in illis affectibus, difficiles, cum Hip. tum reliquorum grauissimorum medicinæ parentium sententias adinueni.

secundus canon,

Magnus, rarusque spiritus, nõ proprium phrenitidis signũ. Ruber autem sanguis per aluum effluxus, ipsius remedium existit.



VM ex ipsa respiratione, cordis necessitas abunde dignoscatur exinde ad acutorum affectuum dignotionẽ præsagiumque nimis actionem

actionem hanc perpendendam esse constat. Propter hoc igitur in phrenitide, de hoc præstanti signo, cuius nimis diuersa ab Hip. loca conscribuntur, disputare decreui. in lib. quidem prognos. sic ille loquitur. Spiritus autem creber laborem significat, aut inflammationem in regionibus circa séptum trāsuersum: sed qui magnus inspiratur, & ex longis interuallis, desipientiā ostendit. At lib. de coacis prænotionibus particula secūda, id hac descripsit via.

Spiritus qui densus, & paruus est inflammationē, & dolorem in locis principalibus significat: magnus autem & per multum tempus, delirium, aut conuulsionē. Ex quibus Hipp. verbis facile colligitur magnam raramque inspirationē in acutis, delirium indicare: sed non semper, cum & conuulsionē pariter insinuare referat. At videtur non tantū ab Hip. esse prolatum delirantium semper signū esse, sed à Galeno in situm vsum tanquā proprium ipsorum, receptum. Rarus inquit, & magnus spiritus proprius est delirij: proinde necessario ipsum significabit, non tamen siquis delirat, necessario magnum & rarum edit spiritum: non igi

Hip. sent[...]

Lib. 2. cap. 5.

tur omnibus delirijs id contingit, sed illis tantum, qui non per aliam quãdã afflictionẽ delirio maiorẽ, aliter alteratã continent respirationem: nimirum propter dolorem, vt in fine eiusdem. 2. lib. de difficili respir. multis ex epi. exemplis indicare conatur. Sed neq; propriũ, neq; inseparabile delirantium signũ esse, ex prædictis Hippocra. verbis quisq. intelliget. Verum an Hippocratis talis computetur sententia, siue constans sit, nunc dicamus oportet. Quemadmodum enim obscurum sensum illa prima sententiæ verba præbent, asserere quidem densum & paruum spiritum, inflãmationem & dolorem insinuare: cum per inflammationem magnum simulq; densum inspirari debere notum sit. Ad eundem pari modum, incerta ac maximè à veritate aliena reliqua videntur: magnũ quidem tardumq; attractum spiritũ conuulsionis signum esse proferre. nã si propter calorem cordis præcipue inuẽta fuit respiratio, & in conuulsis, frigido siquidem morbo affectis. saltim per conuulsionem nihil auctus, imo diminutus calor sit, necesse est paruum parumque frequentẽ spiritũ attrahi: nullaq; ratione

Obiectio.

tione magnũ & rarũ inſpirari. Cuius rei teſtis eſt Gal.lib.1.de diff. reſpira.cap.8. vbi ſic loquitur. At vero reſpirationis difficultas ob perfrigerationẽ naturalis caloris,euidẽtibus notis ab omnibus his diſtinguitur:hæc enim paruũ & tardum rarũ ſpiritum efficit,nulli vero aliarum affectionũ ſimul accidit tarditas,& raritas. Rurſus lib.2.de difficult. reſp. loquẽdo Gal.in poſteriori capite de muliere illa epidomiõ, quæ licet deliraſſet, magnum tamen & rarum ſpiritum non habebat: cuius duplicem ſtatuit cauſam, magnos quidem dolores multaſq; conuulſiones:ob quas affectiones. delirium ſuperatum talem edere reſpirationẽ nequaquam poterat. Cumq; verũ hoc ſit, magna & rara inſpiratio conuulſionem nulla ratione inſinuare valebit. Hæc igitur aduerſus Hip. ſententiam allata, maiorem ad ea quæ poſt dicẽtur, pro ipſius defenſione enodationẽ nobis exhibebũt

Defenditur ſentẽtia Hip. de coact. 1.

Quãquã creber ſpiritus cũ exiguitate dolorem, cum magnitudine incendium portendat:& hoc in lib. progno.edocuerit Hippo. proinde tamen nihil aduerſum his quæ incitata prænotionum ſententia ſcripta reperiuntur, aſſeruit.

nam ſiccum dolore adfuerit inflamma tio, compoſita ex vtriſq; edetur reſpira tio, vt pote in dolore paruæ inflãmatio nis participe paruus & creber erit ſpiri tus: paruus nimirum ob vincẽtem dolo rem: creber, cum propter ipſum, tũ propter inflammationem. Fit quidem denſius ſpiritus aut ob dolorem, aut locorũ coarctationem, aut caliditatis multitudinem teſte. Gal. 3. de diff. reſp. cap. 7. ſi vero vrgens inflammatio alicui dolori permixta fuerit, tunc ex plurimum aucto vſu, magna & crebra ſubſequetur inſpiratio. Quę vero mediocris fuerit inflãmatio nullo dolore aut per exiguo participans, commutat reſpirationem, vt ardor ſolus; ſolaque magnitudine inſpirationis vtitur. Siquidem per magnas ſolum inflãmationes, magna celer ac frequẽs ipſa ſit inſpiratio. Poteſt igitur paruus & denſus ſpiritus dolorem & inflãmationem inſinuare: paruus enim fit; ob dolorem: denſus ob vtrumque: lationũ nimirum multitudine ac frequentia, magnitudinis defectum reſarciẽs. Cum igitur hæc prima ſententiæ pars quam veriſſima ſit, non exinde aliquis recte diducere poterit. ſecundam erroris adeſſe par

tici

ticipem. Ad cuius explicationem expo namus oportet, quatenus magna & rara, delirium indicet. deinde vero qua ratione conuulsionem eadem inspiratio insinuet, referemus.

Efficitur ergo in phrenitide magna inspiratio, propter inflammationem, vt dictum est, rara, propter eorum obliuionem, non ob indigentiæ defectum: quibus enim memoria graui quodam affectu deprauatur, aut aboletur, non tantū quæ ex vsu sunt non faciunt, sentiuntq; verum etiam spirandi necessitate obliti, ita contemnunt ipsam, vt nisi interitus necessitatas eos cogeret, non inspirarēt. Sed cogente summa necessitate inspirāt expiratione vero siue obliuiscantur, siue non facta inspiratione, eam subsequi oportet: tum quia thorax dilatatus, quā tumuis irrepat maxima obliuio, subsidet, sua sponte: tum etiam, quia pro caloris adustione, in tā rara respiratiōe, multa in corde ac reliquis huius muneris instrumentis colecta sint recrementa, quæ non amplius natura sufferre valet. Proinde quidem post inspirationem breuissima facta quiete, expirant. Vnde recte

Quatenus magna et rara delirium indicet,

Dilatatio thoracis facit īspirationem constructio expirationē priorē partem obliuiōe potest dimittere quisquā dū delirat tan tū constructionē non potest refe rēte Valesio

in lib, progno, hip, 7, cap, coment,

ab Hip. dictum, magnam & raram inspi rationem delirium portendere: quia hac inspirationis pte delirátes obliuisci possũt: quæ precipua est ac prima respiratio nis pars: altera quidẽ, semp hác in suo cõ seqtur munere, simile in frequẽtia ac dẽ sitate opus perficiés. qui enim dẽsam in spirationẽ obtinuerit, dẽsam pariter ex- pirationẽ habebit, & si raram inspiratio nem, rarã quoq; expirationẽ cõtinebit.

At quatenus eadẽ respiratio conuulsio nẽ significet, nunc explicemus oportet: deliria igitur bifariã contingunt ægris, aut per se sola, aut sopori permixta, Ab vtrisq; autẽ delirijs prædictã inspiratio- nem subsequi posse, nõ incaute aliquis refert: ita vt perdelirium eam fieri & ab omnibus sit concessum, & ab Hip. in pro gnos. scriptum. Perdelirium autem sopo ri permixtũ, pariter fieri in coacis præn- asseueret, aduertatq; medico, nullã per soporẽ, circa affectiõis saltim initiũ, mu tationẽ accipere respirationẽ quousq; so por nimis deliriũ superet, sicq; inflãma- tionẽ dirimat, vt iã nõ magnã inspiratio nẽ fieri posse, sed potius paruũ tardũ rarũ- que spiritũ subseq̃ dbere omnibus notũ sit. De his autẽ compositis, siue soporo-

sis

ſis deliriis, eodē lib. præno. ſæpe ſcripſit Hip. vt cum dixit. Deliria cũ ſopore, cõuulſoria. Quo in loco manifeſte declarat, quod de reſpiratione diximus. Nam ſi per delirium ſoporoſum, delirium conuulſorium inſinuari aduertit: & per tale, magnam, raràq. inſpirationē fieri aſſertum eſt? quid ni eadem inſpiratio cõuulſiõis ſignum erit: nihil ergo prohibet ne huiuſmodi ſpiritus tum delirium, tũ conuulſionem indicet.

Mentis emotiones modice feroces ferme ſunt ſed et conuulſiones ſignificant.

Sed quãuis apparẽs, nõ tamen propria huiuſmodi exiſtit ratio, nec a calumnia Hip. locũ diluit, nã ſi conuulſionem nõ primo, neq. per ſe ſignificet, ſed deliriũ ſiue impermixtũ, ſiue cõuulſoriũ: prius ipſum inſinuat, quod ſi ſequatur cõuulſio nequaquã p talē inſpirationē ea erit cognita duplici denomine: cũ quia nulla in delirij reſpiratiõe mutatio cõtigit, tũ nec p initiũ, vt diximus, dignoſcitur: nã etiã ſi cõuulſio propinqua ſit, vel protinus ſubſecuta delirio pari quoque via reſpiratur: tum demum quia ex ſopore in deliris cõſecuto, proprius quam ex reſpiratiõe aliqua cõuulſiõis ſignũ ꝑ aptc ſolem⁹, & Hip. animaduertit: dũ dixit deliria cũ ſopore, cõuulſoria. Nã & cauſã ſubſe

Cenſura in priorē reſpõſionem.

ſubſequturi affectus ſopor recte manifeſtat, & ſimilis vterq; affectus, & propinquius ſignum conuulſioni ſopor, quam reſpiratio exiſtit. nam ſopor cerebri: difficilis reſpiratio, etiam ſi cerebri, præcipue tamen cordis affectum denotat. Ex quibus abunde conſtat, conuulſionis ſignum, non eundem ſpiritum, qui per delirium editur eſſe, ſed cum ſopore delirium. quod cum ita ſit, aliena admodũ Hip. ſententiæ expoſitio hęc cenſeri debet, cum nulla facta ſoporis mentione, libere Hip. protulit: aut delirium, aut conuulſionem huiuſmodi ſpiritum indicare. Cum ſine ſopore, haut affectuum diſtinctionem denotet: cum diſtinctione tamen, ſiue diuiſione delirium, aut conuulſionem oſtendere adnotauerit.

Inquiritur propria cauſa.

Quantum in defectibus, & exceſſibus caloris, ipſa reſpirationis ſpecies à conſonantia, & Rhytmo, quem ſecundum naturam habet excedit: tantum etiam, & idem cum pulſibus communiter & eodem modo habet. Referente Gal. lib. de diffi. reſpi. cap. 8. quam ſententiam confirmat libello de vſu pulſuum. Vbi ſic ad loquitur ipſe. demonſtratũ eſt vnũ reſpirationis & pulſuũ vſum, ac finẽ eſſe faci-

facile,prõptumq; collectu arbitror, caloris in quaq. parte custodiẽdi causa pulsum esse cõditũ. Itaq. qđ ex respiratione vni præstatur cordi, id ex pulsu calori illi, qui in toto animali est, accidere. &c. Ex quib⁹ liquet, talẽ cõuulsorũ futurã respirationẽ, qualẽ & pulsum. Qui magnus ac vehemẽs fieri videtur, eodẽ Gal. teste 4. li. de cau. pul. ca. 17. est quidẽ nõ imbecillus neq. paruus, non perinde tamen vt videtur vehemens, vel magnus: ictus enim imponit, dum ob tensionẽ validus ob vibrationem exilire appareat. quã obrem aliter interim videtur, ac veluti strepitum quendam ad tactum edit asperum. Sane neminẽ, qui quidẽ sit expertus, fugiat hic pulsus. Itaq. magnus est conuulsorũ pulsus: & pronimia vibratione arteriæ aliquantum vehementior, quam pro natura est, apparet. rarus tardusq. simul sit oportet, propter innati caloris perfrigerationem. Magnitudine quidem, natura defectum frequẽtiæ siue densæ lationis commode adimplẽs ex his igitur exacte liques, inspirationẽ quoq. eorũ fore magnam & rarã. Præcipue in febribus conuulsio succedẽs, vbi magnitudinis causa nõ depta: si simul raritatis

ritatis occasio sese offerat, tunc per neruorum refrigeratione tardus & magnus edetur spiritus. Et cum sic retulit in eodem citato de causis pul. lo. quippe nulli est similis, vel tentione in vtráq. partem, vel conuulsione motus. Per couulsionem intellexit motus cōtractionem, siue lationem contrahendi arteriam, ita vt intentione magnum, in magna cōtractione tardum edat conuulsus pulsum: hacq. ratione, conuulsorum tum pulsus tum respirationem magnitudinem raritatéque obtinere dicemus. Dixi in febribus præcipue conuulsione contingente talem spiritum subsequi: magnū forsan ob necessitaté, a calore desumptá, hi efficiétes. Verū cū vitiatus admodū couulsionis motus existat, virtute nimirū statim deficiéte, imminuto eorū calore natiuo, ipse tāquā in medio actiōis interrūpitur. De quo motu Hip. 4. phi. in febribus dixit, spūs offédés malū, couulsionē enim significat, in cuius cōmét. Gal. spiritus, inquit, vbi offédit, hoc est in medio sui interruptus extiterit, conuulsionē significat ergo quodá impetu, & vibratione, magnū spiritū conuulsio edit, verum in media actione interualla efficit.

Alia ratio diluendi difficilé. Hip. locum.

68. aph

Quem

Quemadmodum nonnunquam dolẽtes magnum edunt ſpiritum veluti periculum facientes in eiuſmodi reſpiratione, vtrum per hanc reſpirationem, doloris medellam reperire queant, deſiſtunt tamẽ eueſtigio propter dolorem, ac per multum tempus valde parum reſpirant, donec ab aliqua vrgenti neceſſitate coacti ad illam rurſus conuertuntur experientiam magnæ reſpirationis, referente Gal. 2. diff. reſpirat. atq. iuxta eãdem, inquit, rationem in deliris, talẽ reſpirationem effici: nã magna in dolore vrgebit neceſſitas, cum & ipſæ ſpirandi actiones denſabuntur, ac conuulſoriæ fient, ideſt cum vibratione, ac vehemẽtia quadam, vti in pulſu fieri diximus. Si autem propter medellam, ſæpe in dolore, vti in delirio, magnæ huius ſicq. raræ inſpirationis experimentum cõſpicitur? Quid ni pariter in conuulſiõe, is ſubſequetur in

Alia ratio diluendi locũ difficilẽ Hippocratis,

Exponitur quidam difficilis Gale. locus. 2. de diff. reſpira.

1. epi ſec. 3. Vxorem dromadæ hũc habuiſſe ſpiritum: ſed ſic inquit in fine, extremitates frigidæ

delirauit ſpiritus rarus magnus, paulo poſt a capite cõuulſiones ceperunt, & ſtatim mortua eſt, ac tunc talẽ ſpiritũ poſt delirium aſsignat qui iam non delirij cum præſens eſſet affectus, ſed cõuulſionis futuræ inſinuationem exhibebat: nam ſi iam delira erat quid proderat talem deinde ſcribere ſpiritum ex quibus in com. non verã autoris expoſitionem tradidiſſe Galenum conſtat vt ipſum prolegendo recte percipies, Nam et in 14, ægroto, 13. epi, delirium deſcribit, deinceps cõuulſiones, vltimo phrenitim, non autem talem ſpiritum,

ſpirandi

ſpirandi modus: propter ipſius frigidi affectus medellam, detento nimirum per longa interualla ſpiritu, caloris vis augmentum ſuſcipit, quo frigidi humoris craſſitiē inſcindere & attenuarē valeat. Cuius rei perdoctum exemplū ſcriptum relinquit Hip. 2. epid. ſec. 3. 19. ſententia medicatoria refert continuarum oſcitationum, longa reſpiratio. in cuius com. doctiſſimus Petrus Iacobus ſteuæ ſic inquit. Quemadmodum multo tempore cohibita reſpiratio ſingultus ſanat, eadē ſane cauſa & continuas oſcitationes depellere poterit. At vero cohibita reſpiratio excādeſcere cogit inter nos ſpiritus, calorisq. naturalis ſubſtantiam cum nō habeant externum, quo poſſint attemperari aerē: hi propterea, in minutiſſimos corpois meatus feruefacti ſe inſinuant, noxiamq. omnem materiam abſumunt, vt iam mirari non liceat, craſſum flatuoſumque ſpiritum in muſculoſa ſubſtantia contentum, hoc modo attenuari, abſumique. Atque ita lōga reſpiratio, ideſt magna. & ex longis interuallis facta dignum erit continuarum oſcitationū medicatorium. Hactenus ille. Proinde Aætius, in uocalis inſtrumenti reſolutione

Spūs cōpreſſio auget robur conantibus in labore aliquo Ariſtotele, 7, polyti, cap, 17,

facit

facit detinere spiritum, vt aucto calore, effluxa ad eam partem immodica, ac viscida humiditas absumatur: ergo præter delirium, affectiones alias magnos & rarus spiritus insinuat nō igitur delirij proprium signum exhibebit.

Secunda Canonis pars exponitur.

SIgnorũ prehabita descriptione: phrenitidis quidem non propriũ signum ex respiratione, sed ex continua febre, ac delirio perpetuo desumi: nunc opere præcium est de ea præsagione disseramus, quæ a curatione huius morbi, natura ipsam perficiente desumitur. Cōmouet igitur ea * sanguinis enaribus fluxum copiosum, vniuersaléq; sudorem, biliosam alui deiectionem, rubrũque denique sanguinem per eundem locũ fluere facit, quibus omnibus euacuationum generibus, aliisque abditis naturæ vacuationibus sensum omnino fugiētibus, hũc & alios affectus soluit. At molestum nũc esset indicare vnamquamq; harũ vacuationum naturam in hoc morbo tentare, vtiléq. per sæpe fuisse. Tum quia innumeris in locis ab Hippocrate sit perscri-

* idest natura.

prum: tum quia manifestam indicationem, eius experimentum successusq. exinde dessumpti, semper optimi tribuūt. De vnico tantum euacuationum genere, nimirum vltimo, de quo non parum inter Hippocratem & Galenum difficilis sese offert enarratio, differendum mihi proposui. primo id videtur Hippo. insinuare lib. de coac. præno. parte prima, & lib. de indicationib. sent. xj. nã quemadmodum alui biliosa fluxio phreniti. dē soluere valet, ita pariter & ruber per eandem partem sanguis profluens. Constat ex hoc quoniam phrenitis inflãmatio, siue phlegmone cum sit, non simpliciter, ob calidos succos accidit: sed vbi inflammatum cerebrum, vel eius membranæ multum sanguinem in se cõtinuerint? Quod si sanguis vere phrenitidis causa existit: eius euacuatio siue per superiora loca, siue longiorem diuersionē natura commode tentans per inferiora perficiatur, morbum ipsum dirimit. Attamen Hippocrates libro prorriti, sent. 1. non parum huic sententiæ contrarius aspicitur: dum sic ille loquitur. Soporosi in principiis euadentes, cum capitis, lumborum, præcordij colli dolore, vigilan

Gal. lib. de tumori. præ. cap. 10. & 2. ad glau. ĩ meth. 2. ď cau, symp. 7.

Phreniticos Hip. eos appellare qui nondum delirant, meretur. vi lib. de comate, Gal. 1, 6, et, 7.

lantes, num phrenitici sunt? Nasus in h
destillans perniciosus, tum alias, tun
quarto ab initio die. Alui proluuiun
valde rubicundum, malum quidem est
in omnibus morbis, non minime vero
in prædictis.

Cum initio hanc vltimam sentētiæ partem conspexi, dubitaui, quid per nō minime vero voluisset edocere. Nam si dixisset in aliis affectibus malam hanc esse sanguinis proluuiem, minime vero aut non minime, idest non equidē in prædictis, non ancipitem sensum efficeret: verum cum addat, vero: neque in Hippocratis lectione id conspiciatur, vt dictio aliqua, sine fruge descripta reperiatur. Amplius rem hanc inuestigare coactus, quod per eam vocem, perniciosam in his talem efficiat euacuationem quandam libro de coactionis præno. parte secunda inueni sententiam, quæ omnino hanc emedio abstulit difficultatem. Nam præter hoc quod in reliquis verbis, eadem illa sententia conspicitur in his vltimis ad hunc modū est conscripta. Malum est etiam alui profluuium, valde rubicundū. Non dixit quicquam de reliquis morbis, vnde coniecturādum

est, in prædictis præcipue malū esse prædixisse. Quod cū ita sit, inuestigari oportet quatenus hoc ab errore alienū sit, si ea quæ de essentia phrenitidis initio proposuimus, perpendamus. Hūc igitur ancipitē Hipp. locum, sic diluēdum puto. Etiam si veræ phrenitidis vnica tantum a Galeno causa describatur, nimirū multus inflammatus sanguis, in capitis interna parte contentus: atque hoc verissimū sit: proinde tamen, non veræ phrenitidis, non hæc tantum sed aliæ existunt causę nempe bilis per se, aut sanguini admixta, tum pituita & attrabilis, his admixta succis. Siquidem bilis, quantumuis sanguini permisceatur, nō simplicē inflāmationem, sed erysipelam flegmonodē vel ediuerso constituet. Itaque nō simpliciter ex bile, aut alio calido succo, dēpto sanguine phrænitis exoritur. At Hippo. non hic tantum, verum complurimis in locis de non vera phrenitide loquitur, præcipue hic: quod idem denotat Hip. per illam interrogationem ac dubiā particulam: num phrænitici sint, quia tales non vere dicētur phrænitici, sed in vniuersali voce delirantes nuncupabuntur vt ex illis vigiliis, quæ a bile potius, quā:

alio quouis oriuntur ſucco, facile conſtat. Quod ſi phrenitidi ex bile ſiue ſola ſiue ſanguini admixta, ortæ, ſanguinis valdæ rubri profluuium per aluum ſubſequatur, manifeſtiſſimum eſt cũ ipſum non iuuare morbum, tum nouũ ac peſſimum affectum efficere, vireſq; nimis deiicere, ſicque vere letale nuncupari. Igitur quia morbus ille nõ ex ſanguine pręcipue ab Hipp. depingitur, talis euacuatio non prodeſt, quia vero valde ruber, per ſe nimis nocet. Etenim nõ ignorauit Hippo veræ phrenitidi ſanguinem per aluum effluxum congruentiſſimum præſidium fieri: dempta quidem ipſius cauſa, ipſum quoque dirimi affectum. Negat tamen ipſum optimũ eſſe, vbi bilis abundat. Nam etſi valde ruber nullus reperiatur ſanguis, præſertim in his affectibus quos Hipp. deſcripſit cũ naturalis ruber tantũ ſit, hoc eſt perfecte ruber. Hic ergo Hipo. non de per rubro cũ id ſit impoſſibile, ſed de optime rubro intellexit, qui per aluum in bilioſis pituitoſiſq. affectibus eductus, ſemper malum portendit indicium propterea dixit, non ſolũ in enumeratis malũ, ſed in omnibus. Vt aduerteret medico, nimis talem ſanguinẽ per-

Hoc eſt ſincer9 ſanguis

pendendum esse,nam si non nimis ruber ille fuerit,sed flauescens , aut alias a rubro siue naturali sanguinis colore distás prædictis affectibus,sicut multis aliis vtillissimus erit. Nam si albescit sopori: si nigrescit dolori:si flauescit,vigiliæ, sic vero indifferéter educta his, & aliis morbis prodest. Proderit non minus flauus aut parum niger veræ phrenitidi : cum per inflammationem , sanguinem aduri , biliosumque reddi: vnde & flauum,& nigrum,& nimis tenuem,& nimis crassum fieri quotidie conspiciamus. Ex quibus abunde liquet , sanguinem hemorroidarũ(qui satis ruber educi in multis solet, parum nigredinis,vt ita referam, & crassiciei repræsentans) & illum qui per dissenteriam subsecutam educi valet, phrenitidi (quantumuis veræ) exactissimum præstare auxilium : vtique præsentem affectus causam longe diuertat,& a principali loco ipsam separet. Itaque subsecutis hæmorroidibus , siue niger, siue ruber per eas sanguis efflui videatur , dum is copiosus sit ,plurimum cum delirium tum insaniam liberare valebit : easdem quoque affectiones subsecuta dissenteria

Insaniæ sub secuta dissenteria prodest 7. apho,

persa

persanabit, perquam diuersi coloris non raro puri admixtus, sanguis euacuatur. Nam si interdum ea, quod aliquid in via erasérit, noceat, ob nimiam tamen morbi magni diuersionem, vitiosique succi eductionem, optima nuncupabitur. Prodest igitur hæc euacuatio, quoniam inflammatus sanguis, ex quo phrenitis generatur, iam non humidus existens, sed calidissimus & siccus præ assatione redditus, per disenteriam optime excerni valet: quando in fine morbi succedens, colore & consistentia illi, qui morbum efficere & conseruare potuit, valde adsimilis, imo idem cum eo sit, & computetur: phrenitidem ergo præfinire potest. Non secus alia excretionum sanguinis genera id efficere queunt, dum non sit ille sanguis aquosus, ex imbecillo iecore profluens, loturæ carnis valde absimilis, vel non sit ita immodice assatus, vt mortui maris bitumen repræsentet: magnas vero ipsius hepatis affectiones vtraque eductio insinuat. Vnde altera harum phrenitico eueniens, vrgentiorem

4.d̄ sym.cau cap. vltim.

affectum quam ante declarabit: vtpote duas præcipuas corporis partes nimis lædentem: cerebrum quidem & hepar: ac propter febrem, cor. lethale ergo tunc signũ exhibebit. Ex his omnibus manifeste colligitur, quã perperã ipsum incommodo Gale. repræhẽderit. Male complicasse Hipp. cerebri affectibus iecoris affectiões sicut & plerasq. affectuũ permixtiones inutili ordine in eo lib. ipsum effecisse dicens, per eam sanguinis euacuationem aquosam illam imbecilli iecoris excretionem Hippocratem descripsisse: putans. ex quo præcepto errore irridet Hippocratem qui rem adeo manifestam perspicuamque insinuare tunc conetur. Nam hæc excretio, inquit per se non bonum signum est, iecinoris nimirum imbecillitatem ostendens: sed adiecta cerebri affectioni, duo ob valentia vitia periclitari hominem pronuntiabit. Inferius autem, inquit, sed nemo huiusmodi permixtiones scripto docet: ventris autem proluuies appellat tenuium humiditatum substantia deiectiones, vt si quis abluto aqua sanguine, consperso ventre, aquam effuderit. Hactenus ille. Sed nunquam aptius loquutum fuisse

fuisse Hip. cum ex his quæ dicta sunt, tũ etiam ex his quæ nunc sequuntur, facile conspicitur. Nam meminerat huius rei Hip. 1. epidem. sec. 2. 3. temp. const. lib. de coac. prę. & li. de iudicationibus, nam in his omnibus, tanquam exempla ea omnia verissima depingebat. Nunc vero ad prædicendum doctissimam ex his cũctis statuit sententiam, vt qui eas peruiderit, non absolute per eas prædicendũ, sed omnes distincte perpendendas, eximiaq; animaduersione plenas existere, recte cẽsebit, ac proferet. Et si enim in Thaso. 3. temporis cõstitutione multum sanguinis profluuium per aluum subsecutum fuit, & in disenteriam transactũ, atq; ideo febrientes, delirantes que liberabantur: & alia, quæ in alijs eiusdem li. locis descripsit, hæc confirmant. hæc igitur quantumuis sic contigerint: inquit Hip. nunc: verum phreniticis, valde rubens proluuies, mala esse. addit nunc, valde, vt intelligamus, propterea illas Thasi fluxiones sanguinis profuisse, quoniam tunc non valde ruber hoc est non vere ruber, vt antea declarauimus, educebatur sanguis, sed ruber præassatione flauescens, aut in nigrum, atrumque colorẽ decli

declinans effluebat, qui illis morbis vtilissimus fluxus fuit. At eisdem morbis, vel alijs qui non simpliciter ex sanguine ortum trahũt, valde ruber, hoc est bonus sanguis emissus malum portẽdit indicium. At per valde rubrum intelligere aquosum sanguinem ex imbecillo hepate orientem, neq. dignum est Hippocraticæ lecturæ: neq. si bene rem perpendimus, aquosus sanguis ac loturæ carnis similis valde ruber erit: sed potius parũ ruboris habẽs: imo, vt ita dicam, albidus, vel album colorem representans. Sicq. Hip. doctrina animauersione non correctione digna perspicitur. Deniq. valde, idest perspicue, vel perfecte ruber phrenitidi nõ confert, ruber in cõmuni voce pro quouis sanguine sumptus maxime proderit, propter hactenus assignatas causas.

Scholium de naturali sanguinis colore.

Obiectio. ACute quis arguet, valde rubrũ sanguinẽ naturalẽ nequaq̃ esse, sed per aliquã affectionẽ sic immutatum: constat etenim ex Hippo. 2. de rõe

victus

victus in morbis acut. pro in naturali ab ipso desumi. Loquendo enim de sanguinis missione in pleuritide per agenda sic inquit. Internã cubiti venã secare expedit, neque vt copiose sanguis detrahatur est cunctandũ, sed eo vsq. est auferendus, donec rubidior multo, vel pro puro rubidoq. liuidus fluxerit. Itaq. hic Hip. valde rubrũ, nigrũ, liuidũ, aut viridẽ intellexit. Vnde trãsacta textus expositio à veritate aliena cõspicitur, totaq. ruit. Sed tamẽ si valde rubrum sanguinẽ tunc putaret Hip. innaturalem esse non diceret donec rubidior multo, sed donec rubidior, nam hic valde ruber est: si vero nimis valde ruber, iam non naturalis est: proinde supra valde rubrum, vt denotaret innaturalẽ sanguinẽ addidit multo: vt per hanc particulam alios per inflammationem acquisitos colores descripsisse. Hunc genuinum Hippocratis sensum esse, indicant illa Gal. verba in. 6 de decretis Hippo. perscripta. Nihil itaque mirandum, inquit, si iecoris etiam corpus ex propria sua natura, functionẽ propriam consecutũ est. Maxime rubrũ enim cernitur perinde ac sanguis. Paulo inferius inquit flauiorẽ, tenuéq. magis

Idest exacte sufficiẽterq. rubro.

e corde

e corde propter ingentem calorem in eo contentum, quam è iecore exoriri. proinde igitur neq. cum in pleuritide valde ruber e uena extrahitur sanguis, ex loco inflammato ipsum iam detrahi putãdum est: neq. cum in phrenitide non vera per aluum mittitur, si non præ nimio rubore, vel vt aptius loquar, præ eximio calore alias pręter naturã colores vsurpet, optimum signum exhibebitur vera etiam si ruber, vel aliquantum flauescẽs sanguis fluat, optimum portendit indicium: causam nimirum ipsius phlegmonis minuens atq. de his signis phrenidis tumq. de allata sanguinis pręsagione, commode hactenus disputatum est.

Tertius canon.

Iners obliuio ex nimis frigido, nequaquam ex necessitate putrido exoritur succo.



FFECTIO ea quæ à Græcis lethargus, à Latinis obliuio iners nuncupatur, inexpugnabilis dormiẽdi necessitas est, exabundãti pituita caput oplente congenita. At Hip.

Hip.id confirmat: verum vniuersaliori succi nomine vtitur, cum lib. cui de stru ctura homins descriptio extat, sic lethar gi originem describit. Cum enim cere brum frigidis humoribus repletum fue- rit, hinc passio quæ lethargus dicitur ho minem occupat: & calefacientibus cere bro oppitulari expedit. Vbi non solum pituitam, sed melancholiā lethargi cau- sam esse valere demonstrauit: quādo fri gidos succos dixit, omnes nimirum in- tellexit, siue frigidos & humidos, siue siccos & frigidos simul humores, sub eo nomine comprehenderit. Proinde pari- ter indistincte calefacientia auxilia ad- hibenda esse insinuat: cum quia omnis lethargi materia frigida sit: tum quia ei dem nunc humidæ, nunc siccæ, ipsa adhi bita prosunt, habito tamen discrimine ne frigido & sicco humori, calida quæ manifeste exsiccent præsidia tribuas, quia impactū expulsioniq. renitentem magis ipsum humorem efficere valent. Sed frigidam humidamq. semper lethar gi materiam existere, non solum hi qui de remedijs exinde desumptis libros cō scripserunt omnes id asseuerant: verum etiam Gal. optimus causarum indaga- senten. 3.

tor

tor id confirmare videtur. 2. aphorismo-
rũ. 3. cõ. fit inquietus huiuscemodi som-
nus, in quo nimirũ difficilis expergefa-
ciendi ordo persistit refrigerata. 1. parte
sensitiua, hoc est cerebro ipso: quæ refri-
geratio cum fortis fuerit, mixta quidem
humiditati lethargicas facit passiones:
cum siccitate vero eas, quæ Græcæ ca-
thalepseas, idest apprehensiones nomi-
nantur. Vnde caros, & lethargus frigidã
& humidam causam continent: catale-
psis vero, frigidam aridamque melãcho
licum nempe succum. At, quod hæc fri-
gida lethargi materia non necessario pu
trida existat, ex eisdẽmet citatis verbis
facile colligitur: non enim ad verum le
thargum frigidus simpliciter in cerebro
existens succus sufficit, sed fortis refrige
ratio sit oportet, quæ tũ putredini, tum
prorsus omni calori resistat: vnde non
quia humida simul est, diluta statim ea
est intelligenda: cum per nimium fri-
gus potius ipsa concrescat, & vt sic
referam, condensetur: quousque ca-
lor aliquis ipsam diluat, liquidamque
efficiat. Nam cum dixit eam refrige-
rationem mixtam esse humiditati, scri-
psit id, vt intelligeres non à nuda intem
perie

perie frigida, ſed à frigido & humido, fieri dixit hoc eſt à pituita exoriri: ea tamen nequaquã liquida, repugnat quidem hoc, forte ipſius frigus. Ideo neq. putrida exiſtet concreta ſiquidem & frigore congelata putrefieri non poſſunt, teſte Ariſt. 4. meteor. lib. extraneo. ſcilicet calori, exacto vigore pugnantia. Ex inde non parum difficilis illa Galeni cenſentur ſenten. 1. porrith. 1. com. ſic conſcripta. phrenitis, inquit, quæ exquiſita eſt, & nulli alteri morbo permiſcetur, fit cum bilis flaua locum in quo princeps animæ pars reſidet prehenderit: lethargus vero, cum eundem locum humectarit dilueritq. pituita.

Difficilis Gal. ſentẽtia exponitur.

Huiuſmodi locus, tũ his quę de eſſentia phrenitidis in præcedenti capite diximus, tum præſenti canoni aduerſus, ac maxime cõtrarius perſpicitur: vnde cũ ex eodem Gal. tunc à nobis prolatum fuerit, veræ phrenitidis ſolum ſanguinem copioſum in capite inflammatum, cauſam exiſtere, iuxta eam. 2. lib. de ſim. ca. ſenten. non quidem ob calidos ſuccos, ſimpliciter phrenitidem fieri, ſed cum phlegmone vel in cerebro, vel eius inuolucris exiterit.

At ſimplicem veramque inflammatio-nem, à ſanguine ſolum plus iuſto calidiori affecto, à nulloque alio exoriri ſucco, ex mille eiuſdem locis manifeſtiſſime conſtat. Ex quibus nō dubie quiſq. percipere poterit maxime præſentis loci veritatē ancipitē eſſe. Nā ſi vera phrenitis non ex quocumque calido ſucco, ſed ſolum ex inflammato ſanguine teſte Galeno exoritur: quare in lib. prorrethicorū exquiſitā eandē affectionē, nulliq. morbo admixtam, ex bile flaua ortū trahere aſſeuerat? Rurſus, ſi lethargus ex forti frigore fit, quod materiam condenſat, congregat, dutioremq. efficere, potius quam ipſum liquare, fluidamq. cōficere natum eſt tum etiam, ſi incitato aphoriſmorum com. prius, aptiusq. de frigore, quam de humiditate, pro enarranda lethargi natura, memorauit: cur in li. hoc prædic. non ſolum. 1. de humiditate, eiusq. effectu deſcripſit, verum etiam ſolam humiditatem pituitæ, eamq; dilutam per totum cerebrum lethargum exquiſitum faceſcere deſcribit? Profecto locus hic non his tantū, quæ ex eodēmet Gal. citata ſunt, ſed omni prorſus veritati aduerſus, exiſtimari valet. Maiori tamen

men vtriusque affectus censura ac inquisitione adhibita conspicietur, nullam in his locis contrariam, sed omni ex parte eandem haberi posse expositionem, & enodationem.

Genuina Gal expositio.

Etenim phrenitis exquisita ex solo sanguine fit: qui cum per inflãmationem efferuescat, ignescat, ex siccetur, attenueturq; non mirũ est, si flauescat, bilisque naturam, quadam ratione representet, eiusq; munera imitetur. Vnde non immerito sanguinem nimis inflammatum, nunc bilem appellat, quamuis tantum hoc ita sit, sanguis quidem existit, licet flauior, & tenuior quam pro natuara esse valuit, bilis tamẽ simpliciter nõ appelari debet: verum, aptius, sanguinẽ biliosum propter asserta ipsum aptius nuncuparẽ: nec hoc Gal. doctrinæ repugnãs cõputari valet, si ea quæ hactenus dicta sũt ꝓcedere volumus. itaq; siue à sanguine nimis inflãmato, flauo, tenuiq; reddito siue à bile flaua phrenitidẽ oriri referat, eandem in vtrisq; locis causam, affectus quantũuis exquisiti, insinuare referẽdũ est. Rursus cũ, inquit, à forte frigiditate lethargũ adnasci, verissima ꝓtulit. Nam cũ exqsitus lethargus neq. ex febre vel

alio morbo ſubſequatur, neq. alteri affe ctui coniungitur, ſed ex multa frigida pi tuita caput opplente adnaſcitur, ea tũ ꝓpter frigus, tũ quia multa eſt, nec ad in feriores partes defluit, nec per cerebri ca uitates ſemel effluxa ampliusfluere, nec ꝺ loco in locũ diuagari qt. Nec amplius humectat, quam ſtatim, in eius conflu- xu humectauit quousqus febricula ali- qua ex conſtipatione cerebri oboriatur: vnde quidem longinque occaſio con- ſenſum cordi dederit. Hac ratione, por- ro accidere in finibus vaſorum ſtipatio poteſt, vel ex vehementi extrinſecus re frigeratione: vel ex ſuccorũ, qui cõtenti in ipſis extrorſum cõfertim ruerint, craſ ſitudine, multitudine, vel lentitia. Ita pa riter cum per lethargum, cerebri excre- menta, craſſique humores, per loca con ſueta, expulſioniq. deſtinata, præmulti- tudine, & forti eorumdem frigiditate, expelli nequeant, prohibita trãspiratio- ne, febris aſcendit, quę per initium cum imbecilla admodum ſit, nec adeo frigi- dos, multosque in eadem parte firmatos humores vincere, ac ſuperare valet, quo uſq. augmentum ſuſcipit, tunc ipſam pituitam diluit, fluidamque reddit, ex- pul

Gal, 11, met, cap, 4,

pulsionique per medicamenta paratiorem efficit. Ex quibus omnibus sic expositis tria cōsequentur, lethargū scilicet à frigidissima adnasci pituita, nō tamen necessario putrida, sed cū subsecuta per tēpus febris, ipsam cuicerit frigiditaté, ipsam diluerit materiam, ipsam denique computrefecerit vel cum non verus lethargus ex alio sit obortus affectu, ita calor aliquis in affectus trasmutatione permanserit. Alterum inde subsecutum est ex inanitione, nimirum humorumque defectu numquam hūc adnasci affectū: nam neque sopór ex defectu vaporum & humorū fit, neq. inexpugnabilis dormiendi necessitas lōga subsecuta vacuatione peroritur: vnde lapsum ille Aetij locus patitur. Qui huiusmodi est, quin & à continente febre mutatio in lethargum fit sæpissimæ, itemque ex alijs plurimis morbis, præsertim in quibus plures euacuationes subsecutę sunt. Sed ex his nequaquā lethargū subsequi posse, manifestant illa Hip. verba in omnibus his verissima, ipsum tunc caput lethargo affici cū frigidis humorib⁹ opplētum fuerit. Nisi per lethargum, quēcumque soporem intelligat, vt illa eiusdem

Aetij verba paulo inferius prolata, dcla rant. Alij, inquit, cũ conuulsione & cõtractione verborũ in soporẽ deferuntur. Sed hi pariter potius ex repletione orta cõuulsione in somnum profundũ, quã ex inanitione, siue ex deiectione multa sopor cõgignitur. Itaq. de lethargo valde imperfectã enarrationẽ ipse cõtulit. Demũ inde colligitur, in vero lethargo valde frigido affectu eandem cum caro causam obtinente, nullã auxilij rationẽ per sanguinis detractionẽ habendam, factitãdamq. & si Paulus vbi permiserint vires, venam secandã doceat: id magis in permixto, vel subsecuto alijs affectibus lethargo, permittetur: vti depingit Paulus, nã de vero nõ ita frequẽte eueniẽti ibi parũ loquitur. Neq. admodũ frigida pituita, & multa per sanguinis detractionẽ minuitur, & à loco affecto se iũgitur: imo crudior frigidiorq. tũc red dita, magis ipsi parti adhęret, augescitq. præimbecillimo partis calore tum humore, tũ incommodo præsidio cõfecto. Ideoq. tum in vero, tum in quouis alio lethargo acribus clysterijs aluum ducemus, potius quã sanguinẽ euacuabimus adhibita distictintione: cũ enim in nõ ve

ro lethargo, ſanguinis aut calidi alicuiꝰ ſucci ſigna, copiā admixtā frigidis ſuccis oſtēderint, tūc perutile auxiliū erit, pro eius humoris cōmoda diuerſione venā aperire: pauciſſimū tamē ſanguinē detrahere expedit, ob eā quā ante aſſignauimus cauſam. His ad hūc modū expoſitis, perſpicuū fit, per omnē lethargi diſcurſum, nequaquā dilutā adeſſe materiā niſi alteri morbo aſſectus hic adiunctus ſit, cuius teſtimonium perhibet Hippo. lib. 3. de morbis ſenten. 5. vbi ad hunc loquitur modum. Morbi lethargi appellati, ſtatus idē eſt, qui & peripneumoniæ, verum difficilior, & non omnino liber, ac remotus eſt ab humida peripneumonia. ſed multo tardior eſt morbus. Cum igitur aliq, in lethargo, liquidā, ac multam per os educi ſaliuam conſpiciant, id ex lethargo proficiſci autumāt, ideoque lethargi ſemper humidam, diluentem, fluidamq. materiam ſubiectum eſſe referunt. Sed tamē inobſcurū eſt à veritate alienos eos exiſtere, non etenim ob lethargum, ſed ob peripneumoniam æger tum tuſſim patitur, tum multum educit ſputum. Hæc quidem pathemata pectoris committantur affectus: ſopor

Quod nō ſit diluta lethargi materia quodā exēplo denotat

autem frigidas cerebri consequitur affe-ctiones. Vnde cum ex his permixtam affectionem ibi descripserit, non quatenus vero lethargo sed alio ipso affectui permixto mederi, debeamus docet, insinuant hoc illa subsecuta Hip. verba. Patitur autem æger hæc: tussis, & sopor ipsum tenet, & saliuam multam, & liquidam educit, & vehementer impotens fit: multum, atque liquidum infra egerit: huic exigua vitæ spes est. Attamen hoc curãdum est vt plurimum expuat, & calefiat, & à vino abstineat: si vero effugerit, suppuratus fit. hactenus ille. Ex quibus facillimum nobis est percipere, permixto morbo, admixtam pariter Hip. descripsisse medellam, vt pote peripneumoniæ multæ saliuæ eductionem, lethargo autem præcipue frigidiori nimirum morbo calefacientia adhibẽda præsidia, fortiora quidem, quam peripneumoniæ. quantum in omnino frigida causa securiꝰ, his vti possumus, quam vbi locum inflãmatione læsum esse cõspicimus. Ita vtrisq. affectibus, & signa, & auxilia cõmunia describit, demonstrat etiam ex lethargicis, eos tantum seruari vel plerumque sic subsequi vt pecto

Nã licet in pulmonis ĩflãmatione exacte calida topica adhibeãtur: ea tamẽ cũ butiro et adipibus multis cõtẽperãtur

pectore fupperati reddãtur. Ex his exem pla nõ pauca reperies ab Hip. cõſcripta, lib de coac. prę̨n. cũ dixit, lethargici, tre muli ex manibus ; ſomnolenti diſcolo res, tumidi. 2. prædic. 13. ſenten. 2. lib. de morbis. 50. &. 60. ſentẽ. &. 3. de morb. 16. ſenten. & plerisq. alijs in locis, lethargũ nõ verum & impermixtũ, ſed plurimis morbis coniunctum deſcripſit. Vnde nõ mirum eſt, ſi reliquorum pariter affectũ ſigna deſcribens, liquidam, fluidamque ſaliuam in lethargo, ab ore expui refe- ras. Quod, vt recte initio lethargi di- ctum eſt, ſubſequi nequit, nec enim ip ſam fluere, fortis permittit pituitæ frigi- da qualitas, nec ſtatim per morbi initiũ, febris aſcendit; vel ea adeo imbecilla eſt vt contentam in capite nimis frigidam ac denſam materiam diluere liquareque valeat. Atq. hoc de lethargo, alia nõ cõ mitante pathemata, relatum eſt.

ne amplius inflãmatio- nẽ febrẽ ada ugeant tum vt maturio- rẽ faciliorẽ- que expui- tionẽ ipſam efficiãt pi- tuitam.

Neq. ex neceſſitate putridus ſuccus ſit oportet, qui lethargum gignere de bet, licet plerique id ſibi falſo perſua ſerint, ducta opinione ex quodam Gal. textu, qui multo aliter ab eo ſcriptus, quam ab his præceptus, in ſuumque

Quod nõ ſit putrida ip- ſius materia.

vſum male. Translatus fuit.lib. igitur met.13.met.ca.20.affectuum cerebri methodum curandi ex actiſſimam præbẽs. Quippe ſoppire,ac ſtupefacere, inquit, principem facultatem oportet, cerebrũ quidẽ qđ ſupra modũ incaluit, refrigerando: in contrarijs autem vitijs excitare, ac noxij humoris, qui citra putredinem,& citra febrem altos ſopores inuehit, craſſitudinem incindere atque excalfacere: tales nimirum altos ſopores, apoplexias, & caros, & catocas Græci vocant: quod ſi aliquando humor putreſcat, vtiq. cum febri incidunt ea genera: vocaturque morbus Græce lethargus hactenus ille.

Et, 4, lib, de præſagat, pul, cap, 7, Caliditsima his oĩbus ad addit medicamenta vt ĩde facile colligas vera eſſe quæ de eſſẽtia lethargi et remedius hactenus dicta ſunt,

Si forte frigus humiditate adiunctum ideſt non ſola frigida intemperies, ſed cum humidi humoris affluxu, lethargum, vti cum Gale. antea referebamus efficit. Neque verus lethargus febrẽ, aut alium inſequitur morbũ: qui per ipſius initium adeo potens erit, vt non ſolum, frigidiſſimam hanc vincens materiam diluat, ſed etiam putrefieri eam faciat: nam ſi poſt aliquod initij tempus febricula ex vaſorum obſtructione, prohibitaque tranſpiratione orta, ſub-

ιectá

iectam lethargi materiam, aliquantum ſuo calore diluere poterit:non tamē ſtatim putreſcere poterit, quouſq; frigidā, viſcidamq; eius qualitatē prius euicerit. Nō igitur ad veri lethargi generationem putrida ſit pituita oportet: quando quidem ei in eius initio, non repēte, nec ſtatim putreſit:ſed ab ignaua, lentaque ſubſecuta febricula, paulatim vincitur, ac corrumpitur. Hoc ita eſſe, eadē citata Gale. verba clare demonſtrant non de vero lethargo tum egiſſe Galenum, ſed de eo, qui pluries conſequitur alios affectus nimirum febrem, apoplexiā, carum, ſimileſq; affectus: tunc cōcedimus cum febre, putridam lethargi adeſſe poſſe materiam. Propterea recte dixit, vtiq. cum febri incidunt ea ſymptomata, & nō dixit cum febre, quia quemadmodum caro nec apoplexiæ nec cathoco propriū, neque ſemper febris copulatur, ita nec putridam neceſſario lethargi pituitā eſſe confitetur, accidit ergo apoplexiæ febris, accidit lethargo ſubiectam ipſo materiam ob ſubſecutam febrem corrūpi: dico lethargum verum, ac ſimplicē, qualē in li 1. prorrhet. ex Gal. deſcripſimus: non illū, qui alios conſequitur morbos,
vtim

vti in huiusmodi citato loco ipse depinxit, is enim, ob præcedentem febrem, qua intermedia, apoplexiæ cari ac reliquorum fortium accidentium, causa minuitur, & contemperatur, viresque amittens, in lethargum non verum & impermixtum terminatur, commutaturque is deniq; propter febrem subiectam materiam, putridam continet. Tum is non verus sopor, peculiarem causam non obtinet, tum altus sopor dici nequit. Propterea eos, quos tunc propter diminutã causam insequitur morbos, altos appellauit sopores, atque febri accidentes iam affectus, idest subsecuntur tum pathema, & imminuta iam, & putrida facta ea subiecta materia, oboriri manifestum est, febris quidem tum putrefacit tum consumit frigidos quoscunque accidentium humores. Vnde nunquam Galenum dixisse perspicimus lethargum non nisi a putrida pituita exoriri, sed tantumdem cum alios ipse insequitur morbos. Vnde Paulus recte dixit caro præcedere febrẽ, lethargo eam subsequi. Habet enim lethargus peculiarem causam, crassam, viscidamq; pituitam, cerebri ventres, magis quã substantiam offendent; ẽdiffert à

Discrimẽ inter lethargũ et carum habitum.

caro

caro magnitudine: ſicut caros ab apoplexia, vtrorumq. affectuum materia, non qualitate, ſed quantitate diſcrepans. Neque non verus lethargus, ob id poſt carum, aut apoplexiam generatur, quá putreſcit eorum cauſa, ſed quoniã dum putreſit ſubiecta eorum per febré materia partim minuitur, quia cõſumit ipſam febrilis calor, tum non minima eius portio ad ſubiectas partes forſan fluxa affectus cauſam minuit, ideo vim amittés cauſa infirmior debiliorque affectus redditur, & tunc iam non appoplexiæ, nec cari nomé meretur, ſed lethargi: vtpote eger qui per apoplexiam, ſenſum motumq. amiſſa continebat, ſubſecuta febre, interrogatus reſpondet, nonnullaq. operari incipit, iam non apoplecticus, ſed lethargicus potius nuncupabitur. Denique caros ex multis euenit morbis, a quibus nec lethargus gigni valet, vt Hippoc. 2. lib. de articulis id confirmat. Verus autem lethargus nullũ inſequitur morbũ. Qui verũ aliũ inſequitur, non qualitate materiæ, vt dixi, ſed quantitate a caro diſcrimen efficit. Vnde perſpicue doctus medicus vtriuſq. lethargi curãdi methodũ ꝑcipiet. Is enim qui cũ febre aduenit, cum

Teſte Gale. 4 de lo. aff. c. 2.

cum manifeſtum ſit putridā materiam per febrem ipſum continere, nō mirum eſt, ſi de ſanguinis putredine vtilē coniecturam facientes, inconſtāti virtute, potius ad humorē e principe loco deriuandum, quam vt ipſum vacuemus, venam brachij exteriorem ſeccabimus. At in vero lethargo, cuius peculiaris cauſa, fortis frigiditas eſt humiditati adiūcta nulla ratione ſanguinem detrahemus, ſed his potius auxiliis vtemur, quæ pro eximio calore, febriculam gignere valeant. Ideo intenſe calida, forinſecus Gal. in nō vero lethargo applicat acria valentiaque cliſteria exhibenda docet, quæ liberalius in ſimplici lethargo exhibemus, nō tamen temere ſanguinem optimum, imbecillam ægri naturam tuentem dirimemus, vt quidam in caute conſulunt.

13. met. 20,

Annittēdus ſanguis ſit.

Rurſus ſi in vehementi capitis dolore, ex nimis frigidis ſuccis orto licet febrē excitare, vt in capite de dolore abūde dicebamus? quid ni in lethargo ab eiſdem oborto humoribus, valdeque acuto morbo, ita vt niſi repente ei ſuccurratur, celeriter iugulet Celſo referente, febrem excitabimus. Et quamuis ipſam excitare nequaquam intendamus, calidiſſimis fortiſ

Gal. 4, decau, pul, lethargū lethaliorē multo peripneumiā appellauit,

fortissimisque adhibitis auxiliis ipsa cō mouebitur, vtilisq. existet. Quod si succos inflammare, in igneamque naturam potius ducere, quam ex sua natura calidos in curatione detrahere expedit. Nō mediocrem eos commitere errorem referemus, qui in simplici, & alteri affectui non adherente lethargo, sanguinem neque multitudine, neque vitio alio peccanté fortuito detrahunt. Frigidissimam vtcumque causam augentes, & longe lethaliorem affectũ ipsum efficiétes. Non parum etiam aberrant, qui per lethargũ cerebri substantiam, non eius vétres affici dicunt. Nam vt constat ex his quæ de Hippo. decretis relata sunt, tunc nimirũ lethargo hominé affici, cum frigidis humoribus cerebrum repletũ fuerit: repletio autem potius ad cauitates, quam ad substantiam, læsionem referédam manifeste declarat Gal. quoque. 4. aff. lo. in sopore ventres magis, cerebri corpus minus affici docuit: sed sub nomine sopo ris nunc lethargum & carũ intellexisse Galenum, expergefaciendi lethargicorum difficultas clare insinuat. Sicq. al

Error Altomari exponitur.

Cũ vero cerebrũ ob pituitãrũ humectetur turefrigeretur ĩ lethargicis affectiõi buscoma erit quod et ipsum si lubet carum appellare poteris. Gal. 1. prorrhe. sec. 2, 26. com. nomine ergo pro magnitudine differés affectus.

tus

tus ſopor a Galeno appellatur vticaros, & apoplexia: quorum vis, & cauſa ſola magnitudine diſcrepat, vt etiam comitialis effectus, quorum frigidus, accraſſus, aut omnino viſcidus humor cauſa eſt, eodem met citato loco. Gal. referente. Vnde valde frigidus viſciduſque non putridus ſuccus, præſentis aſſectus cauſa dicenda erit.

SCHOLIVM.

Ex ipſi9 putredinis acrimonia calore febrili oborta, ad vigilias ipſi cōcitentur oportet.

Vt id facile conſtat ex. 3. epid. ſec. 3. 45, com,

Lege Gal. lib, de coma, 5, 7, ca, tū, lege 62, et 63. co, 3, ſec, 3, epid,

SI putridā eſſe oporteret lethargi materiā, ob calorem imputredine contentum, vigiles nonnūquam eo oppreſſi morbo redderentur: & inepta aliqua blaterarent, & ad reſpondēdum agiliores, prōptioreſq. ęgri efficerentur, hęc enim caloris vis eſt: ſicut lethargicæ frigiditatis ſemper immobiles, & voce priuatos ipſos efficere, ſimiles his qui profundo ſomno preſſi dormiunt. Nam etiā ſi crudi humoris copia caput occupet, neque lethargus, neque phrenitis integre fit. Aliquando hæc multitudo acris euadens, iu phrenitidē deſinit: aliis cum pars tenuior iam euacuata ſit, craſſiori vero remāſa, lethargum fieri neceſſe eſt: ſed non verum, vt conſtat ex Gal. 1. ſec.

3. epi.

3.epi.sen.7.dum Hermocrati nō ex frigidis succis, sed ex frigida intēperie, & imbecillitate virium cerebri, innato nimirum calore, plurimum dissipato soporē, siue imperfectum lethargum accidisse, cum in eo pituitosa excrementa colligi nequaquam valuerunt.

Qui sopore caro Græcis nuncupta o detinentur, cum imaginandi potentia amissa, reliquarū item functionum animæ noxam perpetiuntur. 4.Canon.



TSI frigida viscidaq. pituita, cerebri cauitates omnes afficiēs, eam affectionem pariat, quæ a Græcis Caros, a Latinis sopor, veternusque nuncupatur: non tamen æqua pariq. ratiōe ventres eos officit, Etenim priorem ventriculum, tum qualitatibus, tū multitudine lædit, intense ipsum refrigerās, humectans, obstruitque: cuius humoris non minima portio mediam ac postremam

mam cerebri cauitates attingens, præua densq. nimis, sed non æque vt illã offendit. Et cum præcipue, imaginandi potentia, in priori cerebri ventriculo vigeat, ideo eo omnino obstructo perit: reliquæ vero potentiæ, licet non amittũtur, non mediocrem offensionẽ, ab ea pituitæ portione, quæ per reliquos vẽtres diffusa est patiũtur. Atque hoc, his docet Galenus verbis. In sopore & morbo comitiali vẽtres magis, cerebri corpus minus, afficiũtur. Vbi a repletione ventres ab intẽperie cerebri substantiam in sopore siue caro affici autummat. Ita sopor omniũ potentiarum animæ læsio existit. Sed quatenus id fiat, deinceps exponit, dũ sic loquitur. Atq, in sopore anterior pars ma-
4. Affect. lo. gis afficitur exinde cum imbuta ipsa humore fit, oculos clausos obtinẽt, nihilq. respondent, ob humoris copiã palpebras ac linguæ musculos occupãtem. Quod autem posteriores etiam lædat vẽtres, ac reliquas potentias afficiat sopor: manifeste insinuant illa Hippo. verba, lib. de coac. præ. parte, 2. cõscripta. Affectiones soporosæ, fatuitatem inducentes stuporis detentionem inferentes, & reliquæ quæ sequuntur, verum descripsisse sopo-

rem

rem indicant, vbi dixit. Quibus autē ex iis os disparatum fuerit repertum, hi pereunt. Cum igitur Hippo. dicat per soporem, siue carum fatuos ipsos ægros fieri: & fatuitas teste Gale. lib. de sympt. diff. cap. 3. ratiocinatricis functiōis veluti deficiens motio sit. Erit ergo per carum, diminuta ratiocinatio itidem & memoria impossibile quidē est amissa imaginatione læsaq. raciocinandi potentia, illa sam permanere memoriam. Causa nimirum quæ non solum cogitandi potentiam lædere, sed imaginationē delere potēs est? quid ni ob eandem eximiam frigiditatē, memoriam læder. Quādo & a multo minori offensione ipsam affici videamus. Modica, sic inquit Galenus offendicula ac veluti torpores tum rationis, tum memoriæ, ob minorem eueniunt refrigerationē, quam apoplexia & epilepsia, aut ob frigidum aliquod medicamentū, vel corpori ingestum, vel capiti adhibitum aut ob succum aliquem frigidum in cerebro congestum, quod si ex his memoria offendi valet, non minor in caro causa læsionis ipsius, existit: vt pote multus ac nimis frigidus succus. alteram animæ potentiam omnino dirimens. Nam licet

2, d̄ cau, sip. cap. vltim.

Vti in furore dixit Aetius id cõtingit vt vtrisq. læsis memoria seruetur illæsa.

læsis imaginandi & cogitandi potẽtiis, non necessario memoria lædatur. earum tamen aliqua deperdita. illæsam serua-ri memoriam, est impossibile, quæ enim vero potens adeo causa est, vt alteram animæ potentiam amittat, memoriam a quacumque frigida intemperie capiti il-lata lædi assuetam facillime lædet. Nec hoc Galeni, vt assertum est, placitis quic quam repugnat: vt in compendio de lo-cis potentiarum animæ, clarius id expo nemus. Ex quibus abunde constat, in ce-ro imaginationẽ aboleri: reliquas vero potentias lędi, nequaquam tamen eas a-mitti referendum est: quamuis Galenu id asserere videatur, cum hãc difficilem admodum descripsit sententiam.

Difficilis admodum Gal. locus. 4, affe. lo. 2.

Quod si aliquando tota anterior cere bri pars afficitur, supremum ei ventrem consentire necesse est: atque mẽtis quo que actiones vitiari. Proinde qui ita affe ctus est, neque sensus, neq. motionis mu nere fungitur: spirandi tamen faculta haud quaquam læditur, vocaturque hi affectus caros. idest sopor: hactenus ille.

Hæc est difficilis, si quæ alia in Gale ni scriptis obscura inuenitur sententi Nam si solum vitiantur dempta ima

gin

ginatione reliquæ potentiæ? cur nunc- neq, sensus, neq. motionis munere, eos sic affectos fungi testatur. Rursus si in omnibus cerebri affectibus respirādi munus necessario coaffici, ex eodem Gal. in. 2. com. prædiximus non quidē pulsum rā- tum, sed & respirationem semper variari, ob perfrigerationē naturalis caloris. Sic enim ille primo de diff. resp. cap. 8. referebat. Reliquæ organorum affectiones quæ citra dolorem per obturationes, aut durities, aut compressiones, aut omnino coarctationes quasdam fiunt, cōsimiles variationes in vtrisque actiōibus, animalibus & vitalibus efficiunt. Paruus enim & velox ac densus in his fit spiritus: tūc que exactam huius rei causam præstat. Siue igitur ob has causas caros fiat, siue ob vehementem dolorem animalem facultatem exoluentem generetur: tum quauis alia ratione afficiat, ipsam respirationem immutabit. Vt id quoque aperte constat ex cap. 1.5. affect. lib. nam per apoplexiam superno dumtaxat principio vitiato, subito ægri pereunt causa autem est quoniam musculi antea motionis principium a neruis per ceruicē in spinalē medullā ductis cōmode suscipiebāt

difficulter nunc thoracem attollunt, priuatis siquidem musculis mouendi facultate, quæ ex cerebro ipsis influere solebat. Amplius id cõfirmat, dicẽs. Etenim nisi ad spirandi functionem ambo principia simul iuncta concurrere oporteret, potuisset aliquis viuere, priuatus interdum superno principio. Id pariter asseuerat, libello quodam de causis respirationis nuncupato. Vbi tum cerebrum tum neruos causas prędictę functionis, licet longinquas appellat, quocumq. igitur affectu superno principio læso, respirationem difficilem reddi manifestum est. Ex quibus omnibus locis maxime dubia, omni in parte 4. affect. sent. redditur. Neque enim in caro omnis sensus et motus deperduntur, nec secundum naturam seruatur spiratio: quamuis ille cõtraria prędicet. Vnde inuestigari exactissime ea causa debet, quæ Galeni mẽtem inadeo sibi, & rationi diuersa describenda commouerit.

Responsio. Quidam mihi tale responsum prębuit caro detentos non sentire sensit Galen. nã si non defficeret illis sensus, caro præhensos non iudicasset eos, nõ me latet tamen Aetium a sic affectis, non ademisse

ſe ſenſum: ſed forſan hi erunt in ſoporis præludio cōſtituti, integrum nequaquā ſoporem obtinentes. Galenuſq. non omnes ſoporoſos non ſentire, intelligere debuit, ſed malo altas iam agente radices, atque tunc nō aboleri, ſed vitiari actiones dixit.

Sed quam aliena a mente Galeni huiuſmodi ſit reſponſio, ex eo facile conſtat, quoniam de ſimplici ſopore loquēdo dixit. Proinde qui ita affectus eſt, neque ſenſus, neque motionis munere fungitur: at hi ſi pungantur, licet nō reſpondant, nec quicquam loquantur, tamē offendiculam ipſam ſentiunt: cognoſcitur id ex minima ab his dū punguntur, commotione facta: ergo ſenſu motuque integre eos deſtitutos eſſe iure proferri nequit, cum id autem apoplecticis proprie contingat, non deſſunt qui contendere velint, hoc in loco vtroſq. affectus Galenum confudiſſe: ita vt de caro hæc dixiſſet tanquam de minori apoplexia cū nimirum, carus adeo magnus fuerit, vt potius debilem apoplexiam, quam ſimplicē ſoporē affectus ipſe repręſentet. Sed hi quoq. aberrant: nam ſi eam tunc Galenus, pro apoplexia quam tumuis minori Refutatio.

nori vsurpasset, descripsisset profecto, spirandi facultatem perspicue offendi, cum in quauis apoplexia, non mediocriter ipsa lædatur. Ipsam tamen illæsam permanere, siue secundum naturam seruari, neque caro, neque minori apoplexiæ, neq; alicui sopori, nec denique vlli superne principi offensioni, id accidere valet. Vt cum eodem met Gal. antea recte assertũ est. Sed in caro difficilem respirationem assignasse Galenum, tuncque nõ pro minori apoplexia ipsum desumpsisse constat ex eodem quem citant locum, cum differentes eos faciat, ac media alia affectionis insinuatione ipsos separet: vt si recte, ea quæ sequuntur verba perpenderis, verissima quæ diximus esse conspicies.

Gal. sent. 5. de locis af. asserta cõsimiãs. Igitur ex quibus causis inuenimus, cur affecto cerebro, in vehementi apoplexia: cor quoque lædatur, ex iisdem ipsis, sed secundum alium modum, causam quis inueniet quamobrẽ in apoplexia minore, catalepsi, sopore, morbo comitiali, lethargo animal, ita affectum non pereat. Namque si diligenter consideraueris, inuenies per huiusmodi affectus, quomodo spirent laborantes; quippe videbis &

vio

violentā & difficilem ſpirationē, perinde acſi vinculo quodam cōſtrictus thorax attolli prohiberetur.

Cum denique hæc ita a Galeno. 5. de loc. 2. de diff. reſpirat. & ſexcentis aliis in locis deſcribantur, forſan falſus. 4. lib. aff. loc. textus computabitur, nimirū his, & omni rationi, maxime aduerſus conſpicitur. Siquę igitur genuina Galeniani textus expoſitio reperitur, hæc mihi manifeſtior, clariorque reliquis eſſe cenſetur.

Quamuis Galenus ſenſum, & motū in ſopore affectis amitti retulit, non dę omni ſenſu, & motu ſoporoſi corporis loquitur: ſed de his quæ in anteriori capitis parte vim obtinere videntur: quæ vero in poſteriori, ſed eſt ipſas vitiari. Itaque in caro tum internę, tum externę omnes anteriores capitis partis functiões amittuntur, reliquæ vero vitiantur tantum. Aliter quidem non dixiſſet paulo ante. Quod ſi aliquando tota anterior cerebri pars afficitur, mentis quoque actiones per conſenſum vitiari. Sed amitti potius diceret, ſi id verum eſſe ſenſiſſet. Tamen mentis, ſiue rectricis actionis offenſas Galenus method. libro

Genuina expoſitio.

Carus et catalepſis ſunt veluti reſolutiones: imaginatiõis coma et lethargus veluti deficiés, et imbecillus eiuſdem motus.

 de

de ſimp.diff.c.3.narrás ſolã imaginatricẽ per carum amitti, reſoluiq. ſcriptũ reliquit. Nam ſi curriculũ legendi ex paulo ſuperiorib⁹ citato loco lineis faciamus, a bunde percipiemus, de ſolo eo ſenſu & motu tunc locutum fuiſſe quæ in anteriori parte capitis vim, ſitumque obtinere ſolent de pingẽdo quidẽ ſolas cerebri ſecundũ anteriorem partẽ affectiões. Sic eas per ſigna diſtinguit, Itaq. non ab re cũ anterior dumtaxat cerebri pars afficitur, ſola linguæ motio vitio carebit. Reliquæ vero faciei partes omnes in altera parte, dextra aut ſiniſtra, & ſenſum & motum ab electione amittent. Quod ſi aliquãdo tota anterior cerebri pars afficitur, inquit poſtea, neque ſenſus neq. motus munere fungitur, qui ita affectus eſt, hoc eſt in tota illa anteriori parte, nã de nulla alia, ſed de ea tantum, tunc loquitur ipſe. Reliquas vero vitiari partes ſed non amitti, in medio huius orationis perſpicue dixit: & cum inferius inquit, atque in ſopore anterior pars magis, vnde facile percipitur, & reliquas capitis partes coaffici aduertiſſe. Atque hæc de ſenſu, & motu cari, ſcripta ad mentẽ Galeni ſunt.

Quæ

Quæ vero, de respiratione in sopore facta dixit. Sic intelligi valent. Spirandi quidem facultas haud quaquam in sopore offenditur, facta collatione, ad eam offensionem, quæ per apoplexiam, in respirandi instrumentis fit. Nam licet per omnes capitis acutos morbos, difficilis spiratio sequatur: nulla adeo difficilis vt ea quæ per carum fit, respiratio redditur. Nam quemadmodum inter capitis affectiones carus, post apoplexiam, reliquas magnitudine superat: ita ad proportionem, respirandi difficultas longe magis soporem quam reliquas, dempta apoplexia, comitatur. Et quamuis hoc ita semper succedat: tamen adeo difficilis apoplecticorum respiratio est, vt facta ad ipsam soporosæ respirationis, quę reliquis difficultatibus maior esse solet, cõparatione, nullam difficultatem in soporis spiratione adesse merito censeamus. Nullaq. alia de causa, difficilem inspirationem, apoplexiæ peculiarem adesse, nisi ob magnam ipsius difficultatem: ita vt in nullo morbo, adeo difficilis ipsa reperiatur, sæpe quidem adeo difficilis existit, vt ad sensum, deperditam esse stidiscemus. Imo non raro, neq. per nares, &

os

os respirant: hi solus his pulsus, cum Auicena non amissus, vehementer tamē paruus, rarusq. percipitur: interdum sola conspiratio ex omnibus functionibus non amittitur. Proinde etiam dixit: seruari in caro, & catalepsi secundum naturam spirationem, & in apoplexia difficilem reddi: idest in illis affectionibus, ad proportionem necessitatis respirandi, quam natura, siue calor cordis, aut instrumentorum ipsius inducit, ipsa respiratio existens, secundum naturam fit: nam licet ea difficilis sit, nō enim negat esse difficilem, secundum naturam fit, hoc est optime ac perfecte eius necessitati deseruit, subuenitque: neque in suo munere refrigerandi deffi-cit: nam si minor, aut rarior quam ante fit, minor quoque tunc, perfrigidos eos affectus, refrigerandi secūdum naturam necessitas erit. Secundum ergo præsentem soporosorū affectuum necessitatem secundum naturam, parua, & crebra, recte respondit spiratio. At in apoplecticis, cum his affectus repente contingat & nonnumquā cum multitudine sanguinis, multum interius contineri, asseruariq. in corde, & reliquis, capite, inter-

nis

nis partibus calorem, merito cõputatur. In apoplexia enim per inspirationẽ vix vlla refrigeratio fit: neq. per expirationẽ vix vlla perspicitur excremẽtorũ expulsio. Ideo hæc proprie difficilis, quoniã maiori necessitati, minus per eã auxiliũ importatur, vel nõnumquã nullũ, & sic suffocati pereũt. Sed de hac fũctionis difficultate, tũ in proprio syderationis can. tum in cap. de astmate, copiosi9 differemus. At non proprie, sed collatione facta inter eos morbos, de caro sic locutũ fuisse Galenum clare demonstrãt illa Gal. verba; dum sic dixit. Si enim vehementer spirationem opprimat, adeo, vt quis vel magno conatu vix spirare possit, apoplexia nominatur. Si enim omnino optimam, vel illæsam cari spirationem iudicasset: non erat necesse vehementiã difficultatis respirandi in apoplexia subsecutam depingi: sed per apoplexiam difficilem fieri, asserere. Si propterea huic peculiaris diceretur, quia ipsi soli morbo competeret. Verum cum propter magnitudinem, peculiarem ipsius nominaret: facta aliorum affectuũ ad hũc cõparatione, in hac functione in omnibus his capitis affectionibus secũdũ

natu

naturam, hoc eſt ſecundum neceſſitatẽ à calore inductam reſpiratur: difficilis tamen exiſtit, hoc eſt breuior, ac minor quam per ſanitatem fieri ſolebat, aliasq. immutatur. Hoc eodem loco manifeſte aſſignauit, dum per grauẽ ſomnum, ſtertere ægrotantes dixit.

Quintus canon.

Catoche ſiue catalepſis, vero lethargo periculoſior cenſetur.



T ſi à nonnullis cathoche diuerſa à catalepſi affectio numeretur: cũ viderim tamen à Galeno, in Græcæ linguæ obſcuris vocibus longè exercitatiſſimo, non tantum libello de pulſ. ad Tyro. cap. 8. ſed pariter. 4. de cauſ. pul. cap. 16. pro vna, eademq. affectione deſumi: vt in nominum controuerſia, quandoquidem in eſſentia quidquid contenderint, nullum exactum diſcrimen aſſignent, periti medici animus non aquieſcat: Ideo his pretermiſſis, cũ Galeno eandem omnino affectionẽ nomino

mino, longeq. magis, quam lethargum, periculo opportunam ipsam constituendã censeo. Quamuis enim à forti frigore totum caput offendente imaginationẽ demat, cæterasq. potẽtias nimis afficiat: & quamuis Hip. lib. 2. de morbis. in. 7. diebus lethargicum interfici, abũde perscripserit: tum demum licet Celsus celeriter ipsum iugulare morbũ contendat: Galenusq. recte, peripneumonia lethaliorem ipsum appellet. Eo tamen perniciosior, maliguiorq. catochus censetur affectus. Nam si prudentissimus Hip. terminum. 7. dierum vt plurimũ lethargo assignauit, huic nec diem integrum prudenter aliquis consignauit. Subito quidẽ hominẽ occupans, repente ipsum interficere solet. nec tot dies ipsa expectat, sicut nullus alius vrgentissimus, siue perperacutus affectus: cuius sicut subita offensio; breuis quoq. eius mora cõputanda est. Tum si ob fortem frigorem anteriori præcipue cerebri parti illatũ, verum lethargnm & animi & corporis functiones nimis lædentem, acutum affectum, periculosissimumq. ipsum nuncupamus. non immerito catalepsim, eo periculosiorem affectum appellabimus,

vtque

vtque non tantum cerebri cauitates, & substantiam afficiat: verum etiam totius corporis sensum, ac motum, longe magis quam lethargus, interdicat. Nam catalepsi aprehensi, ita per frigus detinentur, vt licet vehementer ipsos nominēt, vociferēturq. nō respōdeant, nec pungi astantibus sentiant, nec à prima suæ detētionis figura, in toto morbi discursū desistāt: tum deniq. omnes corporis deiectiones his dirimantur. Ex his ergo & alijs signis in altera affectione nequaquā repertis, non solum morbi cognitionem sed pernitiosæ affectionis præsagium subitamq. eius, magis quam illius, ac semper in malam crisim solutionem futurā, deprehendimus.

Obiectio. Cum hoc tamen non desunt plurimi, qui lethargum, longe magis periculosum, quā catochū, esse cōtendāt: hac nimirum ratione ducti, in vtrisq. his affectibus, tū animalis, tū vitalis facultas plurimum læditur. Illa quidem primo: hæc vero ad cōsensum ducta. inter eas igitur affectiones, illa periculosior erit, quæ simul cum magnitudine offensionis superni principij, longe magis quam altera, cordis facultatē offenderit: vti letharg⁹

effice

efficere videtur. idq. verissimum esse, ex certiorib⁹ his quæ relata sunt, signis proprie id demonstrantibus cōstat, ex pulsu nimirum, & respiratione, inæqualis quidem lethargici pulsus catochici vero æqualis. At pulsus inæqualis maiorē quā ęqualis offensam indicat, vt facile Gal. testimonio percipi potest: citato quidē de pulsibus ad Tyrones lib. cap. 6. lethargicorum pulsus descripsit. Ac inæqualē inquit pulsum, qui sit ordinatus, raro inuenias. Ac nimirum minores offensæ inæquales, & ordinatos, maiores inæquales pulsus, atq. inordinatos creāt: ergo pariter inordinatus, ordinato: & inæqualis, æquali maiores insinuabit offensas. Rursus cap. 8. postquam vtriusq. affectionis pulsus magnitudine comparauit: sic inquit. Catochorum tamē nō imbecillus est pulsus, nec mollis: sed in his sane multum differt: hactenus ille: si in hoc igitur, tantum differunt, quantum in mollitie, tumore, constipatione, contractioneque corporis. non inde obscure sequitur, valde imbecillum lethargicorum, robustū contra, ac vehementem catochorum fieri pulsum. Per lethargum denique, maxime imbecillam cordis facultatem

reddi perspicuum est. tum immodicam frigidam intemperiem, ad quam facile interitum, huic parti subsecutam, nõ pariter per catochum, ex prædictis de pulsu rationibus manifestum plerisq. videbitur. tum deniq. ex respirandi muneris offendicula, id clare patet. Dicebamus quidem per lethargum, paruã, & densam fieri spirationem: at catocho affecti magnam, & densam quamuis nonnumquã raram, edunt spirandi functionem: at paruus, & densus spiritus non adeo insignẽ necessitatem eius auxilij, quod á munere, hoc, cor, & reliquẽ partes exposcũt, demonstrat. Ex his deniq. & alijs initio enarrationis assertis, maxime dubia canonis veritas conficitur.

Responsio, Sed propter easdem rationes, canonis elucescit veritas. Innatus etenim calor, per maiores corpori illatas affectiones, aptius ad cor, ad vitæ siquidem arcem refugit, vti in animi deliquio. Itaq. per vniuersalem corporis refrigerationẽ, aptius quam per solius capitis eandem læsionẽ (quamuis per humiditatem corpus intumescat) calor contrahitur. Ex hac vero caloris contractione, densus, sed paruus æditur spiritus. paruus quidem, ob angu

stiam

ſtiam ſuſceptoriorum organorum: denſus & velox, quia vtilitatis votum non expletur. Itaq. in vtrisq. æqualis eſt reſpiratio: hoc eſt ſemper parua & denſa: verum minor & denſior in catocho, quã in lethargo, ob prædicta. quando igitur nonnulli, cum Aetio, magnam catochis fieri ſpirationem referunt, aduertant nõ ſemper his magnam adeſſe, præcepiſſe: ſed nonnumquam, tuncq. non ſimul dẽſam, ſed raram fieri: tuncq. maiorem neceſſitaté per morbi initium indicare, vt in. 2. com. abunde ſcriptum reperies. Ad eundem modum, & ob eandem cauſam pulſus in his paruus, & dẽſus erit: nõ vero magnus, ſed vibratione magnus, qualis eſt conuulſorum, quorum licet validus pertenſionem, ob vibrationem tamẽ exilire apparet. At in. 17. cap. 4. cauſis pul: ſic inquit, loquendo de conuulſorũ pulſu quando cum pulſu ſopitorum cõmiſtus eſt, difficillime motus deprehenditur, confuſusq. ab eo appellatur. Itaq. ex vtrisque permixtus orietur cauſis, ſopore nimirum & conuulſione. Etenim & paruus, & frequens & inæqualis erit. Nam cum dixit magnum catochorum pulſum fieri, ſiue non fieri imbecillum,

apparere talem intelligendum: nam ob-tensionem arteriæ frigore confectam, va lidus vibratusq. pulsus, vt dixi, apparet: statim tamen exilit, imbecillusque ex compresione eiusdē cernitur. Sed quod verus catochus, siue stupor, paruum, & parum frequentem pulsum semper contineat, ex eiusdem Gale. decretis decerpi valet. Etenim. 5. aphorismorum. 5. com. illius nimirum sententiæ. Si ebrius quispiam repente obmutuerit, conuulsus moritur, nisi febre corripiatur. Hic maxime seruanda est Hippo. consuetudo, qui mutos nominat illos, qui quouis modo obstupuerunt. Sed proprie stupor nominatur, totius corporis insensibilitas, atque immobilitas repentina. Hæc autem Galeni verba non solum insigne catalepsis periculum, tum ob cerebri, neruorumq. intensam offensionem: sed & ob repentinam totius corporis motus impotentiam, demonstrant. Sed ex inde respirationem, ac pulsum, si non amitti, saltim minora multo reddi, ita perspicuum est, vt probatione non indigeat. Ex eisdem quoq. admirāda illa. 4. affec. sententia venit: cum in catalepsi posteriora capitis loca magis affici sensit. Nā si stu-

Proīderecte 4 d. cau. pul. Gal. dixit difficulter corū percipi pulsum.

si stupor hic vniuersalis, & proprius, repente sensum, motumque totius corporis demit? quid ni, & anteriorem quoq. capitis partem, eadem vi, & magnitudine, atq. reliquas afficiet: aut cōcedat mihi Gale. non omnino insensiles, immobilesq. corporis partes per affectum ipsum edi: nã neq. frigidis & siccis affectibus, anterior pars magis resistit: neque hi minus aut magis sentiunt, vel mouentur in vna quam alia corporis parte. Itaque assignando exemplum præsentis affectus nullum sentiendi signum percipias ab his, quãtũuis in facie ipsos pupugeris: sicut neq. in ceruice: numquam ob id motionẽ aliquã efficientes. Ita si sentiendi, ac mouendi per neruos facultas, ex cerebro tãquam à cõmuni, vtriusq. functionis principio, exoritur: deficiente ea omnino per integrum stuporem, potentia, manifestũ signũ est, æqua ratione, omnino, eiusdẽ facultatis principiũ offensionẽ accepisse: sicq. cerebrũ non minus in anteriori, quã posteriori, per propriũ stuporem conuelli, & intra primũ quaternarium, per eundem affectum interitum consequi: quando & per distentionem, id etiam contigit, Hippo. referente eodẽ

citato libro aphorismorum, sequenti sen tentia: cum is peracutus morbus sit, anteriori, & posteriore distentione, vel cōuulsione conditus. Quod si catalepsis ita omnes corporis partes conuulsione sicut apoplexia resolutione afficit: æque per vtrosq. affectus, principes facultates lædentur. Et quamuis Gale. lib. de simp. diff. imaginationis amissionem, catalepsim induxisse referat: proinde tamē, nequaquam alias peripsum potētias demi negauit. Itaque si nō de vera catalepsi, siue integro stupore. 4. de loc. af. illud asseruit, optime illud censuit. Sin minus, è contra. Et quemadmodum in conuulsione ex repletione orta vinum interdicitur, propter eādem rationem in cathalepsi omnium neruorum conuulsione, vinum assumptum maxime nocuumerit. Maxime igitur aberrant, qui dilutū aqua vinum vel quacumq. ratione, in catalepsi exhibent. at nolo manifestam causam, propter quam in conuulsione ex repletione oborta, nequaquam datur, recensere.

Quicūq. a distētiōe corripiūtur i. 4 diebus peūt si vero has effugerit. sani fiunt.

Hæc sentē. intelligi valet tū ꝗ distētione ab Hip. 5. apho. 6. sent. allata: tū de catalipsi cū totiuscorporis sit cūuulsio, siue stupor.

Cōtra Aetiū & Altomarū

Si ebrius repēte obmutuerit cōuulsus moritur itaq. ex vino cōuulsio fit at calefaciendo et exsiccādo externus. admodū cū exsiccātibus conuulsos sanat.

Sed hæc omnia, ex præcedenti Gale. ac Hip. simul sententia subsecuta, in cōpendium reducamus, ac exactioris do-

ctrinæ gratia, ipsa repetamus. Et si igitur per integrum stuporem, corporis omniũ partium sensus, motusq. amittantur: proinde tamen non necesse est, per catalepsim, omnium corporis particularũ, pariter ipsa amitti. Non enim per initia, & si iam catochus sit, integer stupor erit, quousq. augmentũ suscipiens, amplius præocupauerit humor Hoc insinuasse videtur Gale. 4. citato de causis pul. lib. & cap. dum dixit. Vnde catochis mutatur in pulsibus remissio, & multitudo illa, quod cum intemperies nondum vniuersum corpus occupauit, firma sit facultas, ex his, per initium morbi, nondũ æqua ratione corpus, frigore ingenti detentum, occupatumq. esse liquet: & facile sequitur, per augmentũ, æquali via omnes partes ab affectu præoccupari: ac malo altas iam agente radices, nõ, remissum, & multum, vt antea, sed remissum, rarissimumq. ædere pulsum, vt pote paucissimo iam insito calore, cor, ac reliquæ partes, quibus tale munus incũbit, fruẽtes, exiguo: ac valde raro pulsu, ac simili respirandi functione opus habẽt. Et quẽadmodum per affectus initium minus stupent, ac manus ad oculos motione, de-

prehenditur: ita per augmentum, omnino à motione hac, vt reliquis, cessant, æqua ratione, vtrosq. cerebri ventres afficiens, animæ potentias, & plus offendere valebit, & denique amittere poterit: sicque subitam ob integrum stuporem internecionem adire, sicut fortis apoplexia, eximia resolutione repentinam, ineuitabilemque pariter mortem inducit. Ex quibus demum liquet, periculosiorem multo catochũ, ipso lethargo fieri: vt patet non minus ex eo, quia febris quæ vtrosque affectus soluere potens est: lethargum, vt plurimum consequatur, hunc vero affectum, numquam, aut rarissime: vt pote vehemens frigus, innatum potius calidum vehemẽter cõminuens, quam in igneam naturam, ac vim commutans. Sed quantumuis vero lethargo, & à frigidis, vt dixi, succis orto periculosior est catochus, ob maiorẽ totius corporis exinde subsecutã offensam: ita vt in hac magnitedine offensæ apoplexiæ valde similis existat affectio: sicut in subita eius tum occupatione, tũ solutione, non parum similis adest.

Scho

Scholium in ea quæ de ventriculorum cerebri, ac trium potentiarum animæ læsione diximus.

QVamquam Peripateticorum schola animalem potentiã in corde præcipuum locum cõtinere existimet tueaturque, Gal. tamẽ decreto, in cerebro sitũ obtinere maiorẽ, siue primũ cõstãter referre possemus. Verũ neruorum propagatio, ex cerebro quidẽ descẽdẽs: & applicandorũ auxiliorum methodus offensionis loco præstita, dignius animę habitaculum dare ostendit. Vnde merito in cerebro prius omnes ipsius potentias locari perspicuũ fit. Ductus quidem per venas à corde in cerebrũ, vitalis nũcupatus spiritus, in prioribus ipsius ventriculis, ac multis capillaribus venis, velut vi quadã, ipsis partibus à sagaci natura indita detinetur: vt per earum insitũ calorem elaboretur: ac mũdus crassitiei recrementorumque cum eo delatorum conficiatur. Sic porro confectũ, elaboratumq. ad aliũ cerebri ventriculum primis digniorẽ opportunum, non tamẽ adhuc integrum, potentię tutamen, siue

 habi

habitaculum futurum, duci est necessarium, in quo amplius per glandulá quá dam, ventriculo medio adnexam continebitur. quousque in itinere, tenuior, ac perfectior redditus, principaliori tunc loco confluat: posteriori nimirum ventriculo, sic à Galeno nũcupato: qui qué admodum reliquis minor, ita materias maiorum virium, & facultatis cõtinet. Non enim magnitudini, aut varietati corporis intellectus perfectio: neq. multitudini spiritus, sed eius naturæ, vis referenda venit. Rursus si eo minor postremus iste venter dicitur, quod maiorum virium, & facultatis essentias obtinet: non minus inde sequitur, exactioris potentiæ, nimirum ratiocinationis, præcipue locum constitui: cum ad hác plus quam ad alias, præstantioré spiritus partem, magisq. elaboratam futuram, manifestum sit. non quod ipsam potétiam efficere, sed quod minus ipsam impedire is spiritus debeat. Cum de his functioni bus, quæ per alias potentias perficiũtur, discernat: præstantiusque reliquis, munus conficiat. Sed dixit Gal. 3. affec. loc. actiones à cõsilio & voluntate prodeuntes instrumentum in cerebri vétriculis maxi

Conaron dictam.

Cap, 11, 12, et 13, lib. 8, de vsu partium,

Non enim anima sed eius habitaculum est,

maximeque postremo, contentum spiritum obtinere. Ibi quidem non tantū externorum sensuum: sed omnium internorum vim, in toto cerebro, præcipue tamen in vltima cauitate contineri asseruit. Non quod diuersæ potētiæ in diuersis cauitatibus contineantur: sed potius omnes in vnaquaq, & præcipue in vltima omnes pariter adesse tetulit. Nam si spiritus actionum a voluntate & consilio prodeuntium instrumentum in vltimo cerebri ventriculo, præcipue continetur: & quæ a consilio & voluntate dimanant opera omnia exactis tribus potentiis simul frui oportet. Non obscure inde percipitur, vtrasq, potentias, in eadem cauitate, & in reliquis, contineri. Sed digniorem potentiam digniori ventriculo, magis quam reliquas potentias aut aliis cauitatibus plus reliquas, quā regitiuam tribuendas referunt. Sed vltimæ cauitati potius quā reliquis cerebri ventriculis eas omnes tribuēdas esse potētias: nam ob earum distinctā nobilem essentiam per cauitates a Galeno distingui referendum est. Hoc autem si alicubi ipse docuit, maxime in præallato affectæ partis catalepsis, capite: ex quo omnis

Obiectio.

Solutio.

3. af, cap. vlt.

nis hæc enarratio dimanat. Nam si vel sola ratiocinandi potẽtia vltimæ distinctæ cauitati:aliisq. ventriculis, magis reliquæ animæ potentiæ, per Galenum tribuerentur:non per catalepsim, posteriorem cerebri partem, magis offendi cum per eundem affectum, imaginationẽ aboleri, reliquas vero potẽtias offendi alibi, vt dixi, scriptum reliquerit, oportebat enim posterioribus per ipsum locis plus anterioribus offensionem patientibus, rationi exinde, plusquam imaginationi, et memoriæ. in anterioribus cerebri ventriculis vigentibus, indeque ab offensa illa magis distantibus, affectionem læsionemque importari: sed cum ediuerso succedat, non locorum diuersitati, sed temperamento, vt referunt, id tribuendam magis ambigitur. Atque hactenus de Galeni placitis circa præhabitá rem enarrasse videmur: exactiori nunc censura de eisdem disseramus.

Obiectio. Cum ex sensuum pronatu rectricis facultatis sedes integre dignoscatur: hæc autem sentiendi propagatio, per neruorum paria, siue propagines fiat: nerueæ autem propagines, ex caluaria proscidẽtes, aut ab ipso anterioris cerebri enascãtur

tur vase aut a dorsali medulla, priusq; vertebrarum sinus ingrediatur, non autẽ a cerebello. Proinde in hoc omnes consentiunt, vt sicut ab anteriori parte nerui, vel olfactus sensus, qui in anteriorib⁹ ventriculis cerebri perficitur: siue sensus diminuant, prominẽtq. pari ratione, animæ potentias in anterioribus vẽtriculis adesse concedant. Et quemadmodũ per posteriorẽ capitis partem, tum quia propaginum neruorum series, tum sentiẽdi munus magis diffunditur, sic in interiori eiusdem partis caluariæ loco easdem potẽtias vigere magis, merito computatur ab omnibusq. conceditur. Itaq. in toto cerebro omnes potentias cõtineri, ex dictis facile constat: ex eisdem non minus sequitur, in hac plusquã in alia, aut aliis cauitatibus ipsas vigere, tres simul ex anatome quoque non obscure id percipitur. Nam si Vessalio exactissimo humanæ fabricę indagatori fides adbibẽda est: non tantum tres, sed quartum etiam sinum, ex cõmuni duorum posteriorum sinuum congressu pronatum addemus. Qui porrigitur ab anteriori sede, cõmunis primi, secũdiq. sinuũ cõgressus recto tramite versus priora cerebri, nũquam deorsum

Olfatus organa huiusmodi enumerãtes, nõ apellantur nerui quod anteriorẽ caluariæ cauitatẽ nõ excidãt, Vesalius. lib. 4. cap. 2.

Lib. 3. cap. 14 & lib. 7. ca. 9.

Cerebri ventres.

deorſum,neque ſurſum vergens. Conſiſtit enim in dura cerebri membrana, vbi ſecundum cerebelli lõgitudinem, id & cerebrum ad eas vſq. cerebri ſedes intercedit,quas teſtium,& elunium imagini aſſimilamus,quartus itaq. ſi nus ſuo ductu cerebelli longitudinẽ, & duræ membranæ inter cerebellum & cerebrũ, proceſſum nõ excedit:dextræ & ſiniſtræ cerebri partibus,& cerebello æque conterminus,ac proinde id ſibi priuatim vendicans,quod ſit breuiſſimus & nunquam caluariæ vicinus, trianguli formam cõtinens.Hæc ille breuiſſimum per excellentiam denominauit,inter ſinus quidẽ præſtantiſſimus ille cernitur, qui minima corporis molle, plurima continere queat.Nunquam caluarię vicinum ſtruxit natura, vt ab omnibus iniuriis ſecurum totius facultatis habitaculum efficeretur,trianguli formã obtinens. Nam ſicut in ea tres lineæ,æqualem dimenſionem obtinentes exiſtunt.Sic pari via ex omnibus partibus æqualis ipſius figura perfecta,ab omniq. offenſione,quodcunque latus æquali aliis ordine tutus. Ad eundem quoq. modum tres animæ potentias,tribus illis dimenſionibus,figurã


vnam


vnam efficientibus reſpondere, ac ita tali ſinui præcipue tribui, in eoq. cōſignari computatur. Alios autem ſinus non æquales lineas habentes, verum triangulares effigies repræſentare, forſan natura fecit: tũ quia in his locis non pręcipuam ſedem anima habitura: nõ ita perfectam figuram dederit ipſis, ſicut neque ita ſecuras cauitates ipſas efformauit: ac proinde tanquam minus nobiles deſerẽdas 3.aff.lo.Gal.docet.

FORMÆ TRIANGVLAres ſinuum cerebri.

Species triãguli cauitatis quarti ſin9 correſpondẽstriangulo triũ æqualiũ coſtarum: quæ omnes ex æquo introrſum curãtur.

Triãguluscauitati reſpõdẽsprimiſecũdi & tertij duræ mẽbranæ ſinuum ex li. 3.de humani corporis fabrica. 14.cap.





Animæ

2.sed nō con stans ratio. Animæ igitur potētiæ in omnibus cerebri finibus: in quarto tamen ab his omnibus pronaſcente, ſecuriore ab iniuriis loco, puriorem, digniоremq. ſpiritus partem ſuo patrocinio, vſuique eligente continentur. Sed quoniam rerū impreſſioni mollis cera imagines facilius recipit: ita vt quæ nimis mollis, aut nimis ſicca, eorū impreſſioni inutiles, vel minus paratæ ſubiiciantur. Ita imaginandi potentia circa tēperiei vſum humido temperamento fruitur, nō quidem aliis qualitatibus experto, neque alias nimis exuperante: memoria ſicca mediocriter temperie vtitur. Vt quemadmodum a moderate ſicca cera, nō facile impreſſa imago deletur: ſic ab ea temperie, difficulter res per imaginationem adquiſita labitur: ſicut in immodice ſicca nequaquā pariter aſſeruari valet. Ratiocinandi vero potētia ſicut inter alias præcipua, ac media exiſtit, ita ęquali inter omnes qualitates temperie fruitur, ad nullum declinans, ſed iuſtam ac mediam ſiue mediocrem omnium qualitatum temperiem habēs, cuius exemplum Hippocrates ſcriptum reliquit, dum dixit, prudentiam igni & aquæ recte aſſimilari. Ignis etenim calor

aquæ

aquæ frigiditate temperatur. ipsius vero aquæ humiditas, ignis siccitate moderatur. ita innatus calor, ac purissimus ille spiritus quib⁹ animalis facultas tuetur: mediocrem, ac moderatã omni ex parte temperiem cõtinere debent: vt his recte foueatur, & ad sua munera peragranda perfectissima veluti & æqualis iudex constituatur.

Non minor tamen ex præcedenti euasione, quam ex præhabitis diuersorum locorum rationibus insurgit dubitatio. Etenim si in eodem cerebri ventriculo omnes tres animæ potentiæ continentur: ab vnoque temperamento confouentur, quatenus vna amissa, reliquæ illesæ permanebunt. Nam si omnino imaginatio, aut propter ingentem cerebri humiditatem, vel siccitatem amittitur? qua ratione memoria in eadẽ temperamenti symmetria persistens, nequaquam offenditur, & quod magis mirandum est, ratiocinandi potentiam in aptiori eiusdem tẽperiei symmetria constitutã, reliquis prius nõ offendi. Sin minus aliis læsis ipsam nõ lædi. Nõ desunt plurimi, qui Possidonij Aetiiq. placitis freti

Non esse verã præcedentẽ rationem

freti, vulgarem quandam, sed nō leuem huic ingenti dubio solutionem sic exhibeant. Non quidem id, temperamēto cerebri, sed locorū eius varietati potius tribuendum esse censeant. Aliter impossibile esset, semel cerebri temperie nimis oblęsa, ita vt alteram potentiam amitteret, reliquas illęsas relinqueret, nisi in diuersis cerebri cauitatibus, differenti ordine, potentiæ continerentur. Itaque in priori parte imaginatio plus vigeat, in medio ratiocinium, vltimoq. tribuatur memoria, similique ratione suam statuunt opinionem. Atqui spiritus ille, qui vtrisque potentiis deseruire conspicitur: etiā si, in quouis ventriculo elaboretur, in anterioribus tamen, quædam pars ad imaginandi dimittitur vim, quædam ad alios, tum ratiocinationi, tum memoriæ magis subseruientes transfertur ventres. Nimirum sagax, prudensque natura conueniens imaginationi instrumentum cōtulit: priorem quidem cerebri partem, quæ tum ad oculos magis propinqua, tū ad reliquum conceptaculum idonea magis fuisset. Et quantum ad rerum impressionem, eaq. plus tenera, & mollia existūt, cēsentur aptiora, anteriorem propterea

cereb

cerebri partem molliorem: posteriorem vero duriorem ipsa efformauit. Nam & ipsius cerebri posterior pars, quæ spinali medullæ continuatur, anteriore durior est, vt tutum conceptorum receptaculum efficeretur: nec a quauis occasione offensam pateretur memorandarum rerum paratus ille postremus cerebri venter. Lib. de motu musc. 1. ca. 1.

Sed huic similem, rationi tamen consentaneam magis ex habito Bessalij testimonio partam enodationem adducere possumus. Etenim cum quartus cerebri ventriculus per ipsum describatur, ab aliis anatomicæ administrationis professoribus ignoratus, nec a Gale. plane cõcessus, in quo præcipue animæ potẽtias contineri, superius dicebamus. Atq. huius loci præstantiam tertio ante ipsum ventriculo Gale. tum citato vsus partiũ loco, tum 3. affect. lo. lib. exacte conferebat. Sic pari via, quam ipse medio, siue. 2 dignitatem tribuit: hanc maiori denomine, Tertio dicamus, in tutiori nimirum, quam secundus parte contento. Vltimo a cõmunibus anterioribus securiori, nimis propinquo. Cum igitur abunde dignoscatur, imaginatione vel memoria

H amissa

amissa ratione haud lædi: ipsa tamen vel amissa, vel solum læsa, a læsione cæteras nequaquam integre alienas existere referamus oportet. Huius rei præcipuam, ac propriam causam, originemq; ex diuerso locorum situ proficisci constat. Itaq. in quarto siue securiori, ab iniuriisque plusq; reliqui, alieno ventriculo ratiocinandi vim constitui: memoriam vero in tertio huic perscripto, nimis propinquo principalissimo locari patet: cum huiusmodi potentia, imaginatione dignior, & rationi propinquior, ipsiq. magis subseruiens censeatur: ideo digniorē ipsi quam imaginationi locum natura contribuit. Cum memorandarum rerum præcipue, ratio censuram efficiat. Imaginationem demū in anterioribus, propter eorū quę communi sensui obiecta fiunt, facilē perceptionem, & propter humiditatem loci, quæ tum ad impressionem, tum inuentionem abditissima, maximeque opportuna causa existit, constituitur.

Sextus canō. **Ex humiditate frigore aut siccitate memoriæ proficiscitur læsio.**

Non


ON minimam affectionem ob humiditatẽ memorãdi ipsa facultas patitur: dum adeo exuperans ea qualitas sit, vt conceptorũ non solum non perpetuam cõstantiã haberi permittat, verũetiam nullius rei stabilitatẽ, firmũq. consiliũ seruari posse conficiat, vnde amissam memoriam esse referimus. In fluxi siquidẽ cerebri tẽperamento nihil stabile, ac firmum persistit: sed cuncta labũtur, ac refluũt, frigore omnia torpescere, & quascunq. impediri actiones notũ est, vt in præcedentibus morbis clare percipi valet. Et quemadmodũ in omnino terrestri materia, nulla humiditate referta, vel nulla effigies fieri vel cõtineri valet, ad eundẽ pariter modũ, ob immodice siccam cerebri intemperiem memorãdi facultas, non tantum incõstantem, infirmãq. imaginis demõstrationẽ præstat, verumetiã prorsũs ipsam deficere, vsus abunde insinuat. A calore vero immodico nequaq̃ memoriã amitti, ex Gale. placitis inobscure deducitur dũ. 3. d̃ loc. af. vinitoris amissam a calore vel labore immodico memoriam, calefacientibus, &

humectantibus optime curari prædixit, eisdem siccis adhibitis, læsionem imperti ri. Sed qua ratione calor, minime in eo offensionē inducebat: ita pari via, nec a calore simpliciter ipsam amissam fuisse memoriam referendum est.

Obiectio.

Non desunt tamen, qui ab in modico calore ipsam aboleri functionem, nimis contendant: his quæ sequuntur rationibus freti: vt enim ad conseruandā humani corporis fabricā quatuor sunt cōstructa elementa, quorum altero defficiente natura dissoluitur: sic pari methodo altero ex humoribus, corpus ipsum deserente, homo seruari nequit. Altera pariter ex qualitatibus deficiente, intemperies efficitur. Quatenus autem ipsa necessario ex his sequatur, huius institutionis initio declarauimus. Quod si defficiente vel aucta aliqua ex qualitatibus his innatus semper patitur calor: necesse quoque erit affirmare quatuor easdem in ipso reperiri. Vnde licet calor tātum apellatur, ex his conditus est, verum ab exuperanti, & digniori qualitate nomen assumpsit. Quoniam a calore præcipue natura gubernetur, ab ipsoq; tanquā communi opifice actiones rerum omnium

exo-

exoriantur. Hic vero temperamentum est, & pro omnium corporis instrumentorum mensura creatus. Si pro nimia igitur quacumque ipsius particula perfecte conditus fuit: maior vndiq. ratio fuit vt pro animæ potentiis, & earum dotibus nimis perfectus cerebro impartiretur calor. Quamuis enim a barbarorum prole sola imaginationi humiditas: memoriæ, tãtum sicca qualitas: & inter has media temperies, ratiocinationi exhibeatur. Itaque vnamquanque, propriam sibi vendicare qualitatem, qua rectius

siquidẽ desitas et frigus immobilitatis raritas et calor motus causæ sunt, Aristo. teste.

¶ ADDITIONES.

Tũ ex Hip. li. 1, ẽdiçta sen. 4. 18 et 29. manifestũ a calore immodice aucto memoriam lædi cum animam ignis, et aquæ temperamento confoueri, ac conseruari referat. Ignis inquit omnia per omnia mouere potest: aqua vero omnia per omnia nutrire particulatim vtrumque et superat et superatur ad summum ac minimum Porro de animæ sapientia ac desipientia hoc modo se res habet. Ignis accipit humiditatem ab aqua, aqua siccitatem ab igne: atque sic in corpore temperamentum accipiunt, et sapientissima sunt, quia sufficientissima inter se sunt: et minime extremorum indigentiam habent. His anima temperata, sapientissima est, et valentissima memoria prædita. Ergo si cerebri temperamentum ob inmodicum calorem hanc sufficiẽtissimam nulliusque erroris participem essentiam deprauare valet: quidni simili ordine memoria sicut imaginatio aut ratio ab errore in cerebri temperie, ob calorem immodice auctum, oborto sicut a cæteris in eo qualitatibus, alias auctis offenditur, quandoquidem animæ potentiæ omni qualitate mediocri, moderata, siue omni ratione æquali, ac media tẽperie gaudent: ac tunc constantem facultatem obtinere Hipp. retulit.

munus suum obire, quam reliquis prædi ctis qualitatibus valere ipsi asseuerant: omnes tamen actiones ab omnibus adiumento caloris tum innati, tum confluentis perfici: illum vero coniungi motu, quo nunc extra, nũc intro æqualiter ad omnes partes fertur. Non quidem innatus qui in partibus permanet, sed naturalis, qui dum confluit in quacunq. particula, ipsius innato coniungitur: alterq. altero confouetur. Cum igitur calor animæ & corporis sit instrumẽtum: vtique actiones omnes ipso perficiuntur: sicut eo nimis aucto, aut diminuto nimis pariter offendũtur. Atque si per imperfectionem ipsius, corporis innumeræ affectiones consequuntur? quid obstat, quo minus per eiusdem varias offensiones animi quoque pathemata oboriãtur. Sicut igitur ab immodico frigore diminutus fit cerebri innatus calor, in ea præcipue parte, vbi memorandi potẽtia præcipue residet, & memoria offenditur: ita ab immodico calore, vel per febres, vel labores, vel aliunde deserta ocasione orto, siue, vt melius referamus aucto, eadem lædetur potentia.

Quod autem non solum per immodi-
ce

ce auctum cerebri calorem memoria offendi valeat, sed nonnunquam amitti: duo in mediũ exempla adsunt alterum a Galeno.3.aff.perscriptum de vincatore illo: cui ex magnis laboribus, atque exercitiis memoriam amissam fuisse, retulit: alterum ab Hipp.5.epid. trigesima sententia, de quodam ægroto Andropha no nuncupato, cui ex biliosa admodum afficiente, ignorantia & delirium subsequebantur. Percipitur autem ignorãtia ex deprauata rerũ agnitione, vel memoria, delirium ex errore imaginãdi, vel ratiocinandi potentiæ dessumitur, exoriturque. Sed ad maiorem huius disceptationis demonstrationem tum vt veræ læsæ memoriæ causę dignoscantur, tum vt eius remediorum nonnulla ab Hipp. ibi cõscripta aptius enodetur, et in vsum nostrũ facillime redigatur: ipsius propterea affectionionis, verbo ad verbũ enarrationem in mediũ adducere decreui. Huius inquit vocis interceptio erat ignorãtia deliriũ. His solutis supererat adhuc diu multis annis, & recidiuæ fiebant: lingua vero per totum tempus permanebat sicca & si nõ collutiõe vteretur, loqui nõ poterat, & plerumque erat valde amara

aliquando etiam dolor ad cor, quem venæ sectio soluit. Huic aquæ potus, aut aqua mulsa contulit, veratrum nigrum bibit, neque biliosum prodibat, sed modicum: tandem hyeme decubuit, & mẽte motus est, & linguæ affectiones similes, calor tenuis, sine dolore, lingua decolor, vox peripneumonica de pectore stragula reiiciebat, & se educi iubebat, nihil autem poterat clare loqui, ad noctem mortuus est.

Affectionem hanc ex bile siue bilioso sanguine ortum traxisse, multa eiusdem historiæ verba clare insinuant, dum per totum morbi tempus, linguæ siccitatem adeo auctam fuisse dixit, ægroque molestam, tum quia plerumque valde amaram, vt nisi madida ipsa pars, mollisque per continuam collutionem efficeretur, nequaquam æger loqui valebat. Vox autem peripneumonica, hoc est obscura, & cum raucedine, & difficili spiratione, quæ immodicum calorem denotat: quando per immodicam pulmonis inflammationem, vehementem nimirum, & occultum ipsius morbum talis apparet. Denotant quoq. affectionis calidã causam propinata ab Hip. auxi-

auxilia, sanguinis quidem missio, aquæ potio, & veratri nigri exhibendi ratio. Vt per sanguinis detractionem, tum humores calidos, exuperantes caput offendentes, commode euacuaret: tum vt dolorem ab ore stomachi, humorem alio, idest ad minus principes, & insensiles partes saltim euocaret, diuerteretque, prorsus dirimeret. Aquæ potioné, his nominatis cerebri offensis, ab in modico calore exortis, vtraq. qualitate prodesse facile constat: vti aqua mulsa pectoris affectionibus maxime vtilis Nam cum ad eas partes laboriose medicaminum vis accedat, mel his adiungimus, quod ipsórum veluti vehiculum à Gal. constituatur. Veratrum nigrum non solum biliosis, sed meláncholicis exhibitum prodest. Vnde merito Hippo. huic ægrotanti, cui superát vtręq. biles, ipsum exhibuit. Paucum tamen biliosum, assumpto medicamento, euacuauit: non quidem ob humotis defectum, sed quia forsan vel minima quantitate exhibitum medicamentum, firmatos, adustosque in supernis partibus succos, ipsos superare, & in vacuationem ducere, nequaquá valuit. copia tamen biliosorũ humorum similé

peperit

peperit affectionem:alioquin prudentissimus Hippocrates ne vtique hanc sorbitionem exhiberet. Ex quibus recte cõstat, memorandi potentiam tum à reliquis intemperiebus, tum ab intemperie calida nimis offendi:de cuius rei testimonio, pleraq. extant Hip. loca, perspicue id ostendentia:inter ea tamen, vnicum tantum, ad maiorem prædictorum assertionem roborandam, quam breuissime recensere volui. Is igitur. 7 epid. senten. 3. Erotolai filiũ ęgrotũ, disenteria, febre, biliosisq. deiectionibus obliuiose ipsum egisse retulit. Hic autem ex calore sic affectus fuit. Calor, inquit, & lingua tales sequebantur quales dicti sunt, & sudores nulli. Obliuio vero huic quædam.&c.

Solutio. Non mediocris exinde cõtrariæ opinionis indicatio tũ rationi valde cõsentanea, tum pręcedentibus historiis roborata conspicitur. Sed quęnam nos incitauerit causa, ad diuersam assertionem proferendam, ex Galenique placitis demonstrandam, nunc referam. Et si calor dum moderatus est, omnes corporis actiones secundum naturam: dum immodicus vero, pręter naturam eas efficere

re valet. Tamen eas actiones, quæ ab animali potentia originem trahunt, non quidem quisq. immodice auctus calor offendere valet. Quoniam cerebri substãtia frigida est: vnde nec ab immodicis caloribus, & ob suam à corde distantiam integre offendi, siue in affectum, quatenus initio libelli conscripsimus, duci valet. Quod si validã, hoc est morbũ, ea acceperit intemperiem, erit ipsi affectui opportuna magis cogitandi, quam discernendi, & memorandi functiones. Tum quia hæc in anterioribus locata ventriculis, cuiuis fluxioni opposita magis sit: reliquæ amplius distẽt: tum nec ipsæ, adeo humida fruãtur temperie quæ eisdẽ fluxionibus præcipitem, maioremq. reliquis confusionem, varietatemq. percipere solet. Itaq. cum mirandi ratiocinãdiq. potentiæ, affluxionum occasione aptius distent: cumq. ad earũ loca immodicus peruenit calor, quantitate maior, & qualitate potẽtior sit oportet, quãdo anteriorẽ posterioremq. cerebri coafficere partem valuit. Verum non simpliciter calidus ille dicetur succus, sed exacte alius præassatione redditus: loca minus offensioni parata peruadit, eorumue

potẽ

potentias tum minuere, tũ abolere quit. Siccitate denique, non calore easdem asserendum est. Quemadmodum enim carbones, dum integre incaluerunt, absumpta per ignem eorum humiditate, rẽfrigerantur: simili quoque via, dum humoris caput petentis ita summe accenderit calor, vt posteriora cerebri affligat dignioresque amittat facultates: is iam, fluxum humorem atrum, vel si mauis melancholicum reddit. Ita vt si non ex acte frigidus factus: saltem siccitate præcipue, deinde calore, partes earumq. munera demit.

Siccitaté enim, et quæ valẽter astrĩgũt et q̃ calfaciũt et quæ ex siccã accidẽtia faciunt quæ oẽs operationes a calore ĩmodico peruenire possunt Gal. teste .1. sanit. tuen.

Quæcumque vero prædiximus, rationi cõsentanea esse, ex eisdem allatis Galeni, ac Hippocra. locis, inobscure quisque congeret, atque percipiet. Nam Galeni ægrotus à calidis, & siccantibus lædebatur auxiliis: á calidis vero simul humidis, non mediocrem vtilitatem persentire videbatur. Itaque siue ob in modicos labores, adustus succus, frigidam omnino prædictæ offensionis causam cõstituerit, siue inardesci prætermittentem multominus calidã ipsam appellemus, siccam tamen, præcipue, affectus huius causam fuisse: humectantium auxiliorũ

emolumẽtum clare insinuat. Quo in loco frigidam potius ex in modico calore intemperiem partam, quam calidã fuisse, & omnino siccam esse retulit Hippo. adductis ægris paruus iam, ac remissus aderat calor, dum similes sequebantur affectus: sicca vero intemperies, vrgentissime eos cruciabat ægrotos, cum tenuis iam ipse factus calor, præ in modica siccitate oborta, dempta linguæ collutione loqui non valuissent, & in altero ægro, solum læsa, nequaquam amissa ipsa apparebat memoria, dum dixit obliuio quædam, at de perfecta ipsius, siue integra læsione nũc loquimur: quæ nõ à calore, sed à siccitate, ob immodicos orta calores, proficiscitur. A magnis igitur, vrgentissimisq. caloribus quæuis animalis potentia offenditur; dirimitur vero non à calore simpliciter, sed præ immodica siccitate, aut humiditate adiuncta. Vel si frigore ex inde oborto, ipsa stupore afficitur. Quemadmodum per ingentes febres, frigidus deinde cerebri subsecutus affectus memoriam demit. Amittitur ergo memoria à frigida, humida, aut sicca cerebri intẽperatura, earũ quæuis, vel duab⁹ simul in modice, nimisq. adauctis.

Tristatur ac ãgitur homo et præter tẽporis rationũ obliniosus sit, dũ cerebrũ a pituita perfrigeratur et præter solitũ morẽ cõpingitur: Hip, lib, de insania ad Democritũ.

Coma

Septimus canon.

Coma lentus est sopor, leuem mentis emotionem inducens.


PER sæpe affectuum initia, is concomitatur sopor, qui ex vaporum, vel humorum copia caput infestāte exoritur. Hi autem succi, neque omnino crassi, neque exacte tenues sint opportet, vt verum ac proprium generēt coma: vel ex hoc id manifeste cōstat quoniam comate affecti, licet aliquo sint somno oppressi, tum ad sentiēdum, ac respondendum faciles permanent, tū nonnulla præter rationem conficiunt, quæ & somni causam, & speciem eiusdē longe declarāt. Nimirum non omnino frigidi, & crassi, sed calidi, simul, succi fluxionem, lentum ipsum inducere somnum. Præ multitudine quidem, & crassitate, in soporem: præ calore & alias putredine eorumdem, in aliquam mentis alienationem, tales incidisse ægros mani manifestum est.

3, epi, sec, 3, 45, com, Gal,

Obiec, 1. Verum non parum exinde difficilis ac obscura consequitur obiurgatio: nam si co

si coma lenta solum in somnum delatio existit, non parum illi aberrare videntur, qui ipsum profundum semper somnum esse blaterant. Rursus si phrenitici. 3. epid. non delirabant, aut non vehementer, aut non semper, quia veterno opprimebantur: ergo qui statim per affectus initium, solo comate afficiũtur, cum is morbus ex crudis frigidisq; humoribus, variis in locis Gal. referẽte oboriatur: quatenus, igitur, hi delirabunt, vel phrenitici nuncupabuntur. Inconstans quidem sententia est, & enodatione indigens. At coma profundum à Gale. somnum appellari videtur. Nam. 3. epide. sec. 1. 7. com. sic ille retulit. In somnum propensionem voco, cum vigilare ægri nequeant, non apertos habẽtes oculos, sed conniventes, vel altis somnis, vel tenuibus, vel vigiliis detineantur. Sicque soporis dictionem declarat. Poterat aliquis asserere, Galenum descripsisse nunc soporem in genere, non vero coma. Particularem quidem soporis speciem, neque lethargum, neque catalepsim, sicque difficilem exponere locum. Verum redarguent hi, de comate præcipue, ea auctore prædixisse, vt quæ Obiec. 2.

paulo

paulo inferius verba descripsit, copiose insinuare videntur: frequenter, inquit, vbi multum irrigata pars est, quæ & sensus fons est, sopor sequitur, vt nonnullis vsu venit ægris, subinde ob solum frigus. Et cum ambobus his, profundus, & soporans succedat somnus, quin etiam ob infirmitatem virium talis affectus fit, adeo iam emorientium, vt appertas genas seruare nõ valeant. Ac ita affecti parum, aut nihil dormiũt, sed vigilant nec attollere genas possunt, & imbecillima, ab aliis assumptis distinguntur causis. Hactenus ille. Vbi coma altũ soporem manifeste appellat.

solutio, Et si talem soporis descriptionem, comati nonnulli adaptarunt, cum somnũ ipsum ex ebrietate prosecutũ, eo de comate opusculo inscripto, coma appellet, tum in ebriis non raro percipitur, vt tum somno profundo hi capiantur, tum simul omnia incaute cõficiant, & licet vigilent, oculos conniuentes cõtineãt. Eo tamẽ epid. textu, nequaquam coma, sed soporem in genere describi, ex variis eiusdem loci verbis, manifeste deduci valet. Nam qui profundis somnis detinentur, vigiliis affici nequeunt, quod si quis

quis simul somno & vigilia premitur, lento ipse, nequaquam alto, infestari sopore valebit. Nisi coma, genus omnium soporũ ipsum appellasse referas, ac propterea solidum soporis librum, non comatis scripsisse, ab eodẽ, initio allati cõmentarii refertum fuisse prædixeris. Neque enim quæuis in somnũ delatio, profundum soporem constituit, neque è cõtrario quæuis, tenuem inducit: aut cum vigiliis infestat: lib. propterea de comate asserto, vbi in genere harum soporosatum affectionum causam inuestigat ad hunc modum ipse loquitur: cõsimile enim quiddam in multorum morborum principiis contingit, quale in quibusdã ebriis fieri conspicitur, cum & soporosi sunt, & errant, & capite grauantur, & neque si cogantur, palpebras diducere possunt: ob eandem grauitatem dormire nequeunt anxij, & se ipsos vertentes, & reliqua. Sic & vigiles & soporosi euadũt, contraria nimirum ipsos infestante succorum copia. Atq. hi proprio comate affecti dicentur: nam licet alto somno præmi videanter, lentus tamen is, melius, nuncupabitur somnus: quoniã præ grauitate, aut putredine succi, alte so-

pire nequeunt . Cum vero deinceps inquit, quod tenuius in capite contentum erat euacuatum est, remansitque id quod crassiuse xistit, lethargus successit. Vbi recte exponit Galenus comatis, ac lethargi differentias, simulque causas, simili ratione id denotans. Cum per initium morbi, vapor, aut humor quantitate excedés, caput infestauerit si neq. omnino tenuis, & calidus, neq. omnino crassus, frigidus ve is succus fuerit, coma pprie cõstituet. Habito tamen discrimine: nã si calida & tenuis pars, crasã frigidamq. superauerit, vigil coma ab exuperãti causæ portione nomen accipiet: si vero hæc illã excesserit partẽ, coma vigil inde obortus affectus nuncupetur. Cum autem frigidus, & constantia crassus tantum remãserit ibi humor, non coma, sed lethargus, succedens morbus dicitur: vt ex eodem Galeno perspicue ostendam, qui .3. epidi sec .3 . sic graues sopores nimirum lethargum carum, catalepsim, a tenuibus idest comate, distinguere conatur. Dixit quidem Hippocrates. 63. sententia citati lib. 1. Plerisq. vel grauis sopor comes erat, vel tenues atque parui somni, grauis sopor, a quo ægre

gre quis excitetur, accipiendus est. Qui tenues & paruos somnos habeat, huic cōtrarius: quorū accidit primus his, quibus crassitudo, & copia exuperabat frigidæ materię: alter quibus putrida tenuitas. Igitur inter phreniticos, aut febre ardente affectos, qui grauiter sopiebantur, in lethargū vel coma incidebant, quod cum animaduetisset Hidpocrates. 45. eiusdem lib sententia, non dixit graui veterno, quem coma omnes recte vertunt, ex phreniticis, non vehementer in sanientibus aliquos interiisse: sed alio quopiam veterno grauiter peribant. Vbi idem Hippocrates optime interpretatur: ex Iani tamen cornarij transltione clarius id demonstratur. Neq. quisquá phreniticus insaniuit, velut ex aliis, quib⁹ minorē in deliriū delationē fuisse ostēdit, sed alia quadā mala, ac lēta in somnū đlatiōe, grauiter peribāt. Quo in loco patet ex vtrisq. trāslatorib⁹ veternū

Ex eodem loco exponitur illa Galeni sētētia. 2 aphoris. 1. descrip-

ta: cum per Hippocra, in epid. scriptū esse retulit inter alios multos graui opresos fuisse somno et delirantes non quidem dixit graui somno sed grauiter peribant veterno inducitur quidem facultas ad grauē somnū eo tamē nō vere præmitur ob humoris grauitatē, calorē putredinē, acrimoniam, et,

Hipp.coma,siue cataphoram, lentam in somnum delationem denominari, præterhoc enim quia insanientes hi erant, licet non vehementer,quod lethargicis caroq. affectis id non accidat,causa non dum integre frigida, & crassa redita,pro fundos nequaquã,sed lentos, ac tenues his subsecutos fuisse somnos, perspicuũ est. Quando simul dementes,sopiti euasserunt. vnde comate, siue veterno, siue lenta in somnum delatione, eos sopitos fuisse retulit. Sopitos quidem ex multitudine,& frigore succorum crudorum; demẽtens,quod acredinem pariebãt, & calorem putrescentes. Et ex eodemmet textu,id quod à nobis antea assertũ fuit, roboratur. Dum letargum à putrida materia obortum,alios in sequi morbos diximus in hoc quidem verus lerhargus acomate differt,quia coma ex putridis, sed crudis obortus succis, tum lentum somnum,tum dementiã inferat. Lethargus vero ex crassa frigidaque, nullatenus putrida pituita exortus, ita profundum somnum inducit, vt difficilem ex pergefactionem ægrotantibus afferat, nullo exinde subsecuto delirio. Nam si per præcedentes febres, cum simptoma

Ca. de lethargo.

est

est aut per easdem subsecutas. quoniam iam putresci incipit nonnulla lethargici inepta blaterant. id nequaquã lethargi proprium est, sed illius morbi, aut causæ, quæ illi commixta existunt. Quemadmodum enim, vero lethargo oppressi præ multi humoris algore lenitateque profundo somno, non autem delirio affi ciũtur: ita comate læsi, præ multi humoris cruditate, putredineque, lento somno deliriis permixto, coaffi perspiciuntur.

Ex quibus omnibus inobscure percipere possumus, omnes comatosos ideo lentis affici somnis, quia licet in profundos ipsi conentur incidere somnos, pro humorum grauitate, per vigiles, anxiiq. existunt; sicque somnolenti, præ humoris grauitate euadunt. Vt testatur quoq. id ipsum Gal. 1. prorrhe. com. dum comatosos per initia vigilantesque, vtrum vere phrenitici sint; interrogauit Hip. hãc ergo exponens sententiam in suũ vsum. 3. epid. sententiam transtulit proléta in somnum delatione, recte sic vertit, veternosa in somnum delatione, capite grauati moriebantur: præter hoc quia alteram eiusdem lib. sententiam insinuãs

Sed affectus præter naturã quos nec vigilantiam nec somnũ, sed vigilias & comata potius voces, reliquã in præsenti hic nõ loquitur Ga. de comate quatenus ipsũ vigil vel nõ futurũ sit sed quatenus ĩ his cõtiari is rebus quatenus præter naturales existũt. 3. lib. ð cau. pulsu

 cumum cap. 9.

cum referebat Hippocrates. Prehende bat autem eos, vel coma continuum, non somniculosum vel per vigilium la boriosum, idem quod refertum à nobis est roborabit: vt coma sit in somnum delatio, ita vt eo affecti vigilantium, & somnolentorum munia permixte exagitantes sint, oporteat. Qui igitur comate, idest veterno, siue cataphora, siue tiphomania, siue media affectione inter phrenitidem, & lethargum affici dicitur, lento quodam opprimitur somno.

2. Objectio. Obiectio altera sic pariter roboratur, licet Gal. lib. de simp. differentiis inter imaginationis functiones offensiones, coma plane descripserit: tamen non so lum ex præcedenti habita ratione, sed ex variis item Hippocratis locis nequa quam persimilem affectum, huiusmo di potentiam lædi, facile percipiemus. Si quidem præsente hoc affectu æger delirat, Non vero id ob soporem patitur, sed ob febrem admixtam comati, aut ob calorem, putredinem, acrimoniamque, exinde Galeni testimonio, obortam. Immo potius tenuis succi acrimonia, præsertim eius qui in capite continetur, sopore

pore remittitur, ac non raro amittitur. Coma igitur vt sopor est, nequaquam delirium inducit, sicut neque alius quisque sopor, vnde recte Hipp. primo prorrhe. de comate per initia morborum affectis, recte dubitauit: num phrenitici dicerentur. Nam licet vigiliis simul læderentur, ac multarum partiũ dolore præmerentur: vbi eos non desipere, immo potius sopire meminit, merito propter vtrũque, an phreniticos ipsos appellet, ignorat. Adhæc, per somnum, non tantum tenuis, in capite, cõtenti succi acrimoniam: sed totius etiam corporis per ardentes febres partam mordacitatem obtundi, ac sæpe præfiniri, pleraq. Hippocratis & Galeni placita, tum frequẽs ipsorum affectuum superuentus commode indicant. Sed quibus de causis, his succedens somnus, prodesse valeat, non est huius partis, sed sequentis compendij vtilis disputatio. Vbi enim, nonnulla de somno, & vigilia ab Hippocrate obscure tradita enodare decreui.

Nã inflãmatio delirium dolor et alia pleraq. simptomata sõno leuari solent Gal. teste. 2. apho. 2. com.

Quamuis alienatio mentis, nullius soporis propria existat, quod sopori inditum potius sit, acris mordacis

Solutio.

ve ſucci vim, potentiamque ipſum retũdere, ij nequaquam tamen à calida, vel putri, vel denique acri ac multa in cerebro contēta, exacerbataque materia cogitandi functionem deprauari videtur alienum. Itaque cum vna eademq. cauſa, & ſopire, & delirare ſemper efficiat: vnde neque ingentem deſipientiam, neque profundum ſubſequi ſomnum videamus; quod permixta ex cõtrariis ſuccis cauſa, permixtum pariat affectum: varias contrariasque actiones producentē: exinde licet id aliorum ſoporum proprium non exiſtat: huiuſce tamen quam maxime propriũ cõſtituitur. ita vt altero omnino dempto, jam non tiphomania hoc eſt ex phrenitide & lethargo ſopor conditus, ſed lethargus, aut alius affectus conſtituetur, ſiue nuncupabitur.

Itaq. ſi forſan comatoſos, non per ſomnum, ſed per vigiliam delirare, vt inde notum ſit, ſomni huius aut alterius deſipere proprium non eſſe, ſed alterius affectionis, aut cauſæ comati admixtæ tum vigilias, tum pariter deliriria procreantis, referas. Id non tantum Gale. ſed Hip. decretis alienum valde cenſetur. Nam propter eandem vaporum grauitatem, ebrij

Etenim comatoſa affectio ecſtaſi eſt contraria referente hi po. I. prorrh. ſec, 3. 6. ſent. et id confirmat Gal. in co. tũc nõde ſimplici ſopore comate nominato differit, nam iſte vigiliis p mixtus ſiue cũ bile etiã ſiés turbulētus, deſipientiã oſtēdit, ſed de comate quatenus vnus ex altis ſoporibus affectus ſit: hic ecſtaſi ſiue ſimplici deſipientis contrarium præſtat ſignum. Gal. teſte li. de comate cap, 7.

ebrij ad ſoporem deferuntur, & à ſomno impediuntur. Demum Hipp. 2. epid. ſec. 3. vbi ardentium febrium, ex putrida pituita oborientium cõſtitutionem deſcripſit: in his, inquit, comatoſi multi erant, hi vero ex ſomno tales fiebát. Quum autem expergiſcerentur, recte ſapiebant, ex quibus authoris verbis clare deſumitur, tum per ſomnum comatoſos delirare, tum eandem ſoporis, & delirij cauſam fuiſſe, & licet cum putredine pituita, vel tandem diuerſus, tunc ſuccus admixtus in capite excedens iudicetur vnicum tamẽ, ac ſimplicem parit affectum, diuerſas & fere contrarias actiones efficientem. Vnde merito imaginatricis functiõis coma vitium adeſſe, contra plurimorũ errorem proferre quimus. Ac denique cum Hippo. coma appellat, lentá quandam in ſomnum delationẽ, vel ſi dicas in profundum ſomnum ſæpe delationẽ per coma fieri: nõ quod profundo ſomni hi detineantur, ſed quod cerebri facultas ad profundum ſomnum incitetur, ob multi humoris copiam, grauitatemque verum graui ſopore, ſiue alto ſomno nõ præmũ[illegible] ſed propter eãdem cauſam, ſi non [illegible], anxij tamen & inquieti conſicium

Quidã inter dormiẽdum delira loquũtur: et vbi expergefacti facti fuerint, multo tẽpore in delirio perſeuerant.

Gal. 2. aphor. 2. hi vigili comate affecti eruntquia calorem et vigiliam contrariis maiora habent.

Epilogus.

ciuntur. Atqui vere profundo sopore capiuntur, immobiles, nihilque loquentes existũt: hi vero cum somno per propria verba & commotiones desipientiam ostendunt, intelligit quando non tãtum uigilias, sed deliria ipsi semper admiscet affectui. Neque per profundum, vt dixi, somnum phrenitis constare valet, cõtraria tum qualitate, tum essentia causa, ipsam affectionis generationem prohibẽs. Hi ergo quoque aberrant, qui profundũ somnum recte coma nuncupari posse autumant: vt ex his quæ copiose hactenus perscripta sunt, quisque continere valet. Nisi sub comatis nomine sopores omnes intelligãt: nos vero proprium tantum descripsimus coma, cum soporem ipsum lentum nominare decreuimus.

Non prius somnꝰ grauis nominatur, quam difficilem habuerit expgefactionẽ, longus quando modum naturæ conuenientẽ tempore tantum excesserit: et nondum habuerit difficilem expergefactionem. 2. aphor. 1. cõ. comatosi ergo non grauiter dormiunt.

ADDITIONES IN ea quæ de somno hactenus scripta sunt, cum quarundam Hippocratis, Galeni, & Aetij sententiarum abditarum expositionibus subsequũtur.

Diffi

DIfficilium quorundam tum Hip. tum nonnullorum de somno locorum expositiones, cum ad ea quæ hactenus descripsimus sancienda, tũ demum ad præclaram absolutamque de somno & vigilia enarrionem obtinendam describere adhuc non grauabor, ab ipsius rei, de qua disputationem suscepimus diffinitione exordium efficiens. Somnus est quies sentiendi muneris ex humiditate in cerebro condensata ad innatum roborandum calorem cõsecuta. Qua nimirum per causas descriptione recte exhibita constat ex ea, neque insensibilitatis speciem, neque passionem sensilis instrumenti alicuius somnum merito dici posse. Ipse quidem, nõ insensatio, sed sensuum, vel potius sentiendi muneris quies, vere, ac proprie dicitur: nã per somnum, non insensibiles facti, sed ad tempus sentiendi functionis quietem inducimus. Vt in ea functione facta quiete instrumentorum, ad id deseruientium, a calido innato roboratio consequatur. Vnde merito Aris. somnum sensuum im potentiã nequaquã esse retulit: non quidem in sensibus ipse cõsistẽs eorũ passio erit, est tamẽ in ipsis quies, quia actionũ eorum

Quid somnus sit.

eorum, ſomnus ceſſatio eſt. Quia igitur non afficiendo ſenſum, munus ſentiendi impedit, ideo recte ſenſuum paſſionẽ nõ eſſe, recte aſſeruit. Non quidem ſentiẽdi inſtrumentum per ſomnum non ſentit, quia non ſentire non valeat, ſed quia a ſentiendi tunc officio ceſſans potentius poſt ſomnum ſentire valeat. Nullũ quidem alium ex ſomno finem natura contendit, quam introrſus reuerti ſpiritum, quem innatum calidum appellamus, ex ꝓpria interni alimẽti humiditate robur vimque accepturum: is eſt quidem ſomni pronati finis. Nã calido hoc per ſomnum roborato accidit eius vim ſentiẽdi inſtrumentis impartiri: quemadmodum & aliis cæterarum functionum inſtrumentis, inſitam, ob ipſum facultatem augeri, ac perfici. Non equidem propter aliquam corporis facultatem roborandam ſimpliciter, ac primo, natura ſomnum aſtruxit, ſed vt innatus ipſe calor a quo cunctæ functiones oriuntur, intus cõtenta humiditate, ſuo ad interiora motu ſanciatur, corroboreturq;. Quamuis igitur, is ſomni finis ſit: verũ quia in capite tantum ſomnus efformatur, & niſi in eo cõtenta humiditas condenſetur, vt ſpiritus ad ſen

Ac dicitur innati calidi proprium,

ad sensiles partes, motionum impediat, reliqua totius corporis humiditas ad ipsum conciliandum, sui minus perficiendũ, haud nimirum prodest. Ideo in diffinitione somni, sola ea efficiens, ac materię vim præstans causa assignatur, sine qua nõ, & qua sola humiditate, somnus perfici quit: formæ vero rationem gerẽs est sentiẽdi muneris quies cum per eam quietem somnum corpori adesse dignoscamus finis demum, spiritus per ipsum roboratio. Atque hæc de somni & essentia, & natura asserta sunt: nũc ex Hipp. doctrina, de eius causis cõtra multorum errores, nonnulla disseramus. Vt certius loquar,

Quum enim corpus inuaserit somnus sanguis frigescit. A natura enim somno frigefaciẽdi vis inest, infrigidato autem sanguine, languidiores fiunt eius meatus quod hinc palã fit, quod corpora aggrauata reclinantur, omnia enim grauia natura ad imum deferuntur, & oculi ardent, & prudentia permutatur, opinionesque peregrinæ mentem occupaut, & exercent, quæ sane in somnia appellantur. Hipp, 1, sent, desumpta ex lib. de fiat, sen, 20,

Multiplex ab aliquibus fluentis ad interiora loca caloris, somnum conciliantis Expositio,

tis causa ſtatuitur. Referunt quidem & defectu pauimenti & frigore externo, & ne otioſus permaneat, & qa internę partes actiones defectu ipſius quod vtile eſt efficere nequaquam dimittant. Hiſque, omnibus modis, calidum innatū internas petere partes dicunt, atque ita variis rationibus, ad ſomnum inducendum calidum intro reflui conſtanter inſinuare autumant. Verum vna eademq. ſomni cauſa exiſtit, propterquā calor ſenſuum quietem ex accidenti inducit, ipſa nimirum humiditas, vel enim quia internæ partes humidum cōtinent, quod innato calori pabulū adeſt, tum etiam, quia ipſum in modica quantitate intus contentū, caloris ad exteriora corporis curſum vetat. Nam quemadmodum propria, naturali, & moderatiſſima humiditate ipſum fruens ad motum pronū calidū extat. Quoniam humidi proprij alimento roboratum, muneri, & actioni cuique magis incumbit: ita pariter per immodicam, excrementitiamque humiditatem, craſſior eius ſubſtantia reddita, ad motum magna cum difficultate conuerti quit. Etenim ſicut tenuior ſpiritus ob ſubſtantiæ leuitatem, quantumuis anguſtas cito

Innatum calidū nō quidem ſimplex qualitas eſt, ſed, humidū primi geniū inſito ſpiritu & calore vndique perfuſum. Porro tale calidū innatum naturā ſiue

cito, & magis perſpirat vias, ad eundem pari modũ craſſior, & denſior idem effectus, nec perlatiores conflui valet, ſiue igitur ob calidi innati inopiam in internis locis exiſtentem ad iterna roboranda confluat ipſe calor, dũ ſiccitas illa, nulla vnquam trahendi facultate particeps ſit, nequaquam calor intus ob ipſam refugiet. Sed quoniam huic calori innato, ſiue ſpiritui opus ab electione debetur, nec aliter anima a Galeno, lib. de rigore, nuncuparetur: videnſque interna loca imbecillo calore propter ſiccitatem ex labore, ira, ſtudio, vel aliis auctam imminutamque propriam ipſius humiditatem conſtare: ideo innatus ille calor qui in exterioribus mollis locis habetur, ad hunc roborandum intus refluit. Licet enim vnus idemque in his ſit, & contineatur calor, vterque per labores, exercitiaque nimis exſiccatus, non propterea intus refugiens ſomnum inducit: ſed quoniam calor hic, humidum innatum, quantum ipſi nutrimentum ſufficere poſſit, ad actiones cũ robore perficiendas nõ habeat: & internis per aſſũpta alimenta locis humiditas quam maxi

naturæ ſubſtãtiã Fernelius appellat, lib. 4. c. 7. de naturalibus fac.

Innatus calor etiam ſpiritus implacatus nuncupatur, teſte Lauré. Ioub. in com. quẽ edidit in lib. 1. Gal. dẽ mor. diff.

maxime eius ſubſtantiæ ſimilis adſit:calor velut ignis,alimentum expoſcẽs, interna, vbi ipſum continetur loca petit. Nam, ſi ob ſiccitatem intus contentam hunc motum perficeret calor, ſequeretur ex omni labore immodico ſomnus: ſæpiſsime vero, & poſt magnos, & poſt paruos labores, non minima ſubſequuta etiam quiete, ſomnum nequaquam conciliari inſpicimus. Quia licet per quietẽ tunc calor contemperetur,modereturq. niſi intus conueniẽs humidũ adſit, quod ipſum alere calidum valeat: tum etiam ipſo per illud roborato,cerebri partes roborare ſtudẽs:nequaquam poſt introductam ex labore intus ſiccitatem, vel intus coufluet calor,vel ſomnum commouebit. Rurſus neque primum ac præcipuum innati caloris ad interna confluentis motum munus eſt ad alimentũ cõuerti,vt ipſum concoquat,ſed vt per ipſum humiditatem acquirat. Non enim concoctio, finis calidi eſt: ſed medium, quo alimentum accidit, accepto autem alimento,tũc ſiccus deſinit eſſe calor:tũ obtemperiem, alimoniamque robuſtior effectus,perfectiora ſua munera peragratur. Vnde cum Gal. 3. de cau.pul. dixit,
calorem

calorem innatum post fatigationem, ad alimentum se conuertere: non id de alimento prædixit, quatenus primum post coctionem partibus nutrimẽtum ipsum futurum esset: verũ quia innato ipso calori primo nutrimentum fieri oportebat etenim præter hoc, quoniã illud contingi non poterat, tum quoq. indecẽs, vt sic referã, videretur primũ animæ instrumẽtum, post partiũ nutritionẽ connutriri. Sed quod omnia nutriri efficit, primo nutriri decebat. Reuocatur igitur innatus ad interna loca calor, primum vt ab alimento, siue interius contenta humiditate alatur, connutriaturq.: deinde ipse connutritus oẽs corporis partes nutriat. Atq. est Galeni opinio, cum innatum calidum sanguinem esse refert: cnm vero non sanguinem, sed in eo contineri dicemus, non ab innato calore partes ali, sed propter ipsum ali describemus. Itaque si alimentum partium ipsum altero modo nuncupemus, nullus commiti error censeatur: si vero instrumentum adeo proprium, vt per ipsum solum, & semper partes alimentum accipiant esse referamus: vera pariter de eius natura, & vi, hoc in loco statuantur.

Primus argẽteri) lapſus.

Vnde non parum Argenterius ille li. de ſomno & vigilia, cap. 11. errat, cũ naturalem ſomnum ab his quæ repellunt, proprie fieri putat. Nam quæ exterius refrigerantia adhibentur, ſomnum ex accidenti inducunt contraria qualitate calidum ad interna ducendo. Vtique neque is a natura inducitur ſomnus vtpote violentia commotus: quo de nomine, in dolentia non vere ſomnus a Galeno nuncapatur: quippe quæ humidæ ſomnifera ſunt: quæ frigida ſentiẽdi diffi cultatem pro ſomno inducunt. Quod ſi non naturalis talis ſomnus eſt, qui a frigidis exterius admotis cauſis proficiſcitur: neque naturalis is innati caloris motus, vtpote violentia factus erit.

2. error.

Rurſus errat, cum huius caloris ad interna confluxus, eam peculiarẽ cauſam appellat, ne torpeſcat, interim nihil effi ciens calor. Cum ad continuum ipſe ſit pronatus motum. Sed vt antea retuli, licet calidum innatum, ad hoc ex natura partibus ſit exhibitum, vt peripſum tanquam per inſtrumentum, omnes earum actiones perficiantur, inter quas et nutri tio adnumeratur: tamen præcipua cauſa ipſum ſecundum naturam ad interna lo

ca

eà confugere faciens, nō intus elaboran da concoctio est, sed nutrimētum ad sui tutelam consequendum, quádoquidem prius ipsū roborari oportet, ante nutritio né si apta nutritio futura est. Nàm sicut per inediam ac alimēti in partibus defe ctum, ab insito partes confouentur, nu triuntur que calore: quoniam hic præci pue tunc velut semper ipsūsmet alimen tum præstat: pari quoque via huic, tan quam sine quo non, priusquam partibus alimentum ex sua humiditate pauimen tum tribuit: vt deinceps cuncta corpo ris munia, exactiori per ipsum vi confi ciantur: non igitur ob munus aliquod partibus internis vtile, intus confluit i pse calor, sed semper ob eā humiditatem quam primo ad sui nutritionem recupe rare debet. Nam cum inquit, ne ocietur calidum, eum perficere motū: ipse nun quam motu caret: semper enim aliquid operatur, nunc nutriendo, nunc excre menta eiiciendo, nunc simul cōspiratio nem vniuerso corpori exhibendo.

At vero quid aliud si cōe illud qđ ad huc cū viuē tibus habēt sit ablatū ni si recte via ad mortē di catur. id et lā primum esse natiui calo ris motū cū introferasq. mouetur. 3. de cau. pul. 9

Cum demū calidū hoc per somnū, ab internarū partium facultate attrahi retu lit: vt eo, illa roborata, coctionem perfi ciat: quoniá eo in actionibus instrumēto

3. error.

deficiēte, internæ facultates nihil efficere queunt: non minimum committit errorem. Neque enim ad internam, vt dixi concoctionem perficiendã motus is a natura, siue calore peragitur vnquam: neq. necessarius is calor est, vbi robusta iã in plurimis innati interioris caloris substãtia persistens, externi calidi nequaquam indiget adiumento: tamen simul cũ hoc somnus tunc inducitur. At in his quibus imbecilla huiusmodi est substantia, non solum qui intus, sed qui extra cõtinetur calor est imbecillus. Est quidem in omnibus robustior internus. Siue igitur hic siue ille, humiditate pauimentoque indigeat, vnus quidem est calor, intus extraque locatus, idem ad propriam tutelam exposcet, ac vna eademq. substãtia confoueri studēs, somnũ inducet, hac ratione. Notum quidem ex his omnibus est, ob humiditaté non excremētitiam, sed naturalem & propriam recuperandam, calorem innatum interiora petere loca: & in terimin his locis, in quibus futura prima concoctio est, aptius confirmari, atque per externi reuocationé, non semper somnum conciliari notum est. Sed cum ipse alimenti humiditate, siue intus

con-

contenta humiditate, roboratus ad cerebrũ vapores immittit, duplici de causa, e: quoniã ab eodem alimẽto caloris gradus accipit, & reliquam superantem alimenti humiditatem efferuescere facit: sicq. vapores sursum eleuantur, qui dum paulisper condẽsantur, torpescit animalis spiritus, nullisq. sensibus vim impartitur suam. Sed ob humiditatẽ confluxam immobilis pene extat, quousque eadem influxa humiditas, partim ipsum foueat tum absumatur, tum loco digeratur, ac ita imminuta, vias quã ante latiores iam relinquat, per quas iterum libere spiritus confluat, omniumq. postea sensuum munia recte conficere queat, atque tunc vigilia peroritur.

Nam cum indigeat, simulq. desideret referente Gale. naturalis animalium calor copiosam, qua nutriatur, humiditatem, ideoq. in viscera, ac ventrem conueniat, fit somnus. Ex quo patet, naturalem somnum, non ob externum concitari frigus, sed ob calidi innati recuperandam humiditatẽ fieri. Inquit enim postea, qui simul, atque ea satis fruitus est, vt naturalem iam humiditatem recuperauerit, expergiscuntur: ex quo loco abun

3. lib, de cau pulс, cap. 9.

Exponitur Hipp. adlata senten.

de conſtat,per eam copioſam in cerebro parte nimirũ inter alia frigidiſſima acerbatam humiditatẽ,motum intus contenti caloris interdicentem,ipſum refrigerari:nam ſicut permotũ,caliditatis gradus ſpiritus is recuperat,ita per quitem pluri ma præcipue humiditate , & in frigido circundatus loco,refrigeratur:per quem Hip. ſanguinẽ refrigerari dixit,cũ in ſanguine innatum contineri calorem,li. de miſſ.ſang,Gal.aſſeruerit.Rurſus ex inde quoq. percipitur,vt vbi innatũ calidum integrã ſibi ex interna humiditate vim ad neceſſitatis proportionẽ acquiſierit, vniuerſalem ad exteriora loca motum conficiat:cum vero non integre roboratus,ſed is qui cum externi magis ſubſtãtia conſtans,& alatur, & non adeo propriam imo maiorem quam decebat recuperauerit humiditatẽ , ſuperfluo calori admixtam,ad externa ſe conuertat oporret : munus tamen ſuum ob exuperantiã materiæ nequaquã conficiat,ſed ſolũ calidior , quam ante pars per calorem reddita,ob immodicam eiuſdem ab humiditate craſsitiem,denſitatemque ſentiendi in parte illa munus efficere nequit. Vnde licet in multis dormiẽtiũ oculis calor

abun-

abundet: cum is, ad nobilissimũ sensum non tantum tenuissimus, sed in qualitatibus omnibus quam maxima perfectione confectus, futurus sit spiritus: & tunc vt dixi, maiori quam suæ nutritioni decebat sit humiditate refertus, sequitur per somnos sæpe calere oculos, nulla adhuc sensionis facultate fruentes: ex inde Hippo. oculos in somno captis, ardere protulit: & licet is multis eueniat nõ tamen æqua ratione omnibus dormientibus contingere valet: nam plerisq. non accidit: sed his qui calidiori natura fruẽtes, multos in capite congregare vapores consueuerunt. Tum eisdem naturis id eueniet, cum statim post multum assumptum potum, aut vaporosum cibum, somnum admittunt. At nunquam is calor, cum per externum frigus somnus accidit, oculis euenit. Ideo Hippocrates non de præter naturali somno ibi loquebatur, qui exterioris causæ violentia concitatur: sed de naturali, cum superflua humiditate, vt cum inquit, Galenus quando innatus calor, ob immodicam humiditatem nequeat foras progredi, nam licet cum ea humidi-

tate non innatus superfluus tamẽ,& præ abundans calor exire valet: & cum his nullius propriæ actionis causa existat: nullũ quamuis extra corpus caleat,motum per ipsum cietur. Loquitur tunc etiam Hippo.de eo somno, qui ex immodice exhausto potu, lentus potius sopor appellatur:qui quemadmodum affectus est, præternaturalẽ obtinuit causam per quam licet abunde caleant,propterea tamẽ innatus progredi foras calor nequit, copiosa humiditate impeditus. Atque tunc,ob copiosam in capite contentam humiditatem caloris motum variare efficientem,in somnia,variasq. menti impressiones nunquam excogitatas, nec possibiles,non raro inducit,quæ propter ea prudẽtiam permutare dixit,quoniam calidũ ipsum innatũ vario, & aliquãdo mentẽ offendẽti motu variare ac cõcitare efficiũt. Calidum vero innatũ mentẽ appellasse Hip. manifeste conspicimus: dũ ipsum immortale nominauit, ac cuncta, vt deinceps referemus physica ratione intelligere, & facere asseruit. Vnde non mirum est, si ad eius variũ incertum confusumque motum, mentem siue prudentiam variari perscripserit.

Præter naturalis interna causa ea humiditas est,

Si ob

Si ob externum vero frigus naturalis somnus oboriri nequit: sed calor innatus extra persistens, dum alimentum deside rat, intro conueniens, ex cõsequenti somnum inducit. In obscure inde sequitur neque externas partes refrigerari, vt po te non omnino sanguine eas carere inspi cimus minus autem internas refrigerari vel ipsum calidum innatum, minus calidum per somnũ reddi, cernimus immo potius ad interna ipse confluxus, robu stior quam ante indicatur. Vnde impossibile illud ab Hippo. refertum, videtur cum sanguinẽ per somnum refrigerari scribit cum potius, tunc magis calere ipsum, constanti argumẽto Valeriola ad uersus Hip. insinuare contendit. Obiectio. I.

Et si ab innato partium calido omnes corporis motus perfici, tum etiam somnum exoriri, constanter asseueremus: proinde tamen non cuncta ab eo dimanantia, validi huius instrumenti æqualem, vel eandem semper qualitatum mo derationem expostulant. Quippe ex eo dem innato calore: exercitium calorem magis quã frigus: quies è diuerso, frigus plusquam calorem exposcit. Quamuis ea secundum naturam à nobis accepta, Defensio sententiæ Hippo. ac totius li. de flatibus.

vtrũque

vtrumq. excessum moderatissimũ, nullaq. ratione immodicum præstolentur. Quæ omnia copiose, clareq. docet medicinæ parens Hip. lib. cui titulũ de carnibus indidit. Vbi sic innato calido siue spiritui, quẽ flatũ voluit lib. de flatibus nominare: quemadmodũ externũ spiritum aerẽ nuncupare, tũ animi, tum corporis munia incũbere retulit: inquid ille. Et videtur sane mihi id quod calidũ vocamus immortale esse, & cuncta intelligere, & videre, & audire, & scire omnia tũ præsentia, tum futura. Huius igitur plurima pars, quumturbata essent omnia, in supernam circunferentiam secessit: & videntur mihi veteres • çtera nominasse. Cuius non minimam partem elementa possident. Ex eo tandẽ corpus fieri, eiusque partes, propter variã ipsius tũ quantitatẽ, tum temperiẽ, variæ informaris asseruit. Si quid ergo in corpore elaborari, aut perfici debet, id vni calido debetur innato. At queadmodum in partium corporis formatione, alibi maior, alibi minor ipsius portio esse debuit: ita in eius corporis actionibus, non æqualẽ in qualitatibus magnitudinẽ esse cõuenit. Nõ enim immerito cerebrũ in quo præcipue

Quo vegetius & robustius erit hoc calidũ, i. omniũ facultatũ istrumẽtũ, eo celerius ac perfectior ab eo actio reddetur: vti p sõnũ existit in viscera recõdituũ vt testis est Gal. 4. li. de mor. cau.

cipue, animæ potentias locari, indeq. calidiorẽ, magisq. tenuẽ ac deniq ex omni proportione ſubſtãtię, & qualitatum abſolutiſſimũ ſpiritũ, illi fouentẽ futurũ iri cõuenit. Animalis facultatis locũ a-liis plurimis locis frigidiorem natura a-ſtruxit, cũ potius calidum futurũ eſſet. Fecit igitur ipſum adeo frigidum, vt eodem loco Hippocra. metropolim frigidi, ac glutinoſi ipſum nominare velit. Etenim non quia in maiori motu calor in cerebro cũſtitutus eſſet: animæ facultates, ſua munera præſtantius obirent, ſed potius imperfectiora ipſa conficerent: ſi continuo calor ille æque calida qualitate fauens, nullam quietem, ſed continuum motum præſtaret: cum ex motionis diuturnitate, neceſſario eius ſubſtantia abſumeretur: ex cuius defectu, defectum pariter ipſa animalis eſſet conſecutura facultas. Tum inualida eius oboriri munia oporteret. Ideo prudentiſſima ſagaxque natura, huic animalis facultatis inſtrumento, innato nimirum calori, quietem, roborationemque per ſomnum dicare oſtendens paratiſſimum ad hoc incumbendũ munus, locum ipſum aliis frigidiorem miro

miro consilio, & structura efformauit. Tum vt per innati caloris cerebri quandam quietem, insitum partumq. ab eodem, totius substantiæ fluorem, impediret: tum simul aptius ab alimento roborem acciperet. Rei argumentũ inde manifeste colligitur: quoniam pro innati calidi vario temperamento, harum partium tẽperatura euariet necesse est. Nã quod in capite est innatũ calidũ, pluri frigore tẽperari censemus: quod vero in vẽtre inferiore est pauciori: paucissimo vero, quod in thorace consistit. Atq. ex venarum cõstructione euidenter id percipitur. Thoracis vtique venæ, omnibus aliis latiores existunt: deinde quæ in inferiore ventre consistunt: paruissimæ vero, quæ caput subeũt. Hoc rursus his certius placitum ex natura fabricatum conspiciens, angustiores frigidioresque capitis venas: reliquas latiores calidioresque secundum naturam quasi semper existere: quoniam à caloris fonte & magis distent, minusque sanguinis afferát. Cum demum angustæ, ac maxime frigidę capitis viæ sint, à pluribus hæc infarcte vaporibus, occluduntur: ac spiritui, qui suo cursu actionum causa est, motionem

nem, quadam ratione prohibet: qui motu non satis vtens, frigidior euadat oportet. sic vero refrigeratus, somnum cõciliat: siue animali facultati quietem inducit. Tum ergo ob motionis ipsius defectum, tum quia viæ illæ, sic vaporibus sunt refertæ, non vero oppletæ, languidiores fiunt cerebri ipsi meatus. Propter easdem pariter causas corpora in somno aggrauata reclinãtur. Sicque Hippocratis dignissima sententia exponitur, & à prima Valeriolæ calumnia liberatur.

Præ humiditate eximia in capite contenta, varia his insomnia fiunt: quæ ab Hippocrate peregrinæ mẽtis opiniones nuncupantur, & nonnulli etiam per naturalem somnum imperita loquũtur, licet hi peritissimi sint: ideo in his prudentiam permutari ipse scripsit, non vero affici, aut imminui, quemadmodum Valeriola non satis constanter asseruit: dum per somnum imprudentes homines fieri ab Hippocrate ibi assertum fuisse, imprudenter, solum calumniandi gratia, putauit. Aliud qnidem est prudentiam affici aliud vero propter somnum permutari: ita vt per insomnia quis insanus videatur, quia insanientium nonnulla & lo- 2. Obiectio

Defenditur Hip. textus

quatur

Simpliciceã sipietiã non idicat somnus neq; lentus sopor absque aliis signis: nã quæ id proprie indicãt sunt vigiliæ capitis dolores: ferox oculus audax respõsio: sõni turbulẽti, aut aliqua insensibus, vel motionibus, arbitrariis offensa, refert Gal. 3, sec, 1, prorrh, 6, cõ; ergo somnus turbulentus insipiẽtiam ostendit,

quatur, & faciat. Cum ergo impr tium munia á somno captis in son oppresis effici, passim ipse consp Hipp. non propterea eos insanos re sed eorũ sapientiam, pro variis im bus, clare eas actionibus nonnullis nuantibus. Permutari siue variari uit: nimirum nunc diuersissima eff tes, nunc arcana per insomnium d rantes: quos non insanos, neque pr tes nominare cupiens: dixit eoru somnia prudentiam variare, vel in stantem efficere, vt pote proprio n ne carens, oratione conceptum ex sit, dum paulo inferius, per ebriet intemulentis, aucto repente sanguin nimum percelli dixit. atque id m in soporosis cõtingere cernitur, vt e epidi. & ex lib. de comate in propri narratione declarauimus. Itaque e bundanti sanguinis ad venas capitis fluxu, delirat per somnum aliquis, vero per vitiosum sanguinẽ in febre de... contentum, si eo non abunde repat, delirabit. Neq. per eum, qui in phantiasi, in exterioribus corporis ve cõtinetur, imprudentẽ hominẽ ipsa a ctum reddi, necesse est: cum ad exteri

fe

ſemper loca vitioſim in his natura ſuccũ deferat, mentemque non lædet. Vt per vtroſque affectus, viis cerebro pertingẽtibus pauciori, & electiori ſanguine vtẽtibus, nequaquam prudentia permutabitur: è contra vero per ebrietatem, venulis his ſanguine oppletis, quantumuis il læſum corpus ſit, imperita per eam ſæpe efficiũt. Non igitur Hip. vitioſo ſanguine, ſed aucto ſanguine in his venis, id cõtingere aſſeruit. Vt exinde facile Valeriola colligat, neq optime adhuc Hipp. ſententiã vertiſſe: neq. obſcuram, ac genuinam lib. de flat. Hip. doctrinã intellexiſſe, vt exallata Hip. met ſentẽtia lib. d̄ carnibus facile cõſtat nec difficile eſt, id quoq. ex Gal. demõſtrare, quando quidã lib. de tremore rig. & palp. cap. 13. idẽ cum Hip. de innato calore refert, euidẽter clareq. eius eſſentiam inſinuans: omnes, in Hip. lib. illum, factas obiectiones, aureum illud caput, ſi bene perpẽditur perſpicue demit. Itaq. non ſolum expoſita lib. de flatibus ſententia vera eſt: ſed totum illum librum miram aptiſſimam que Hipp. doctrinam facile oſtendens, ipſius opus, inter præcipua numerandũ eſſe, indubie exiſtimamus.

Defenditur liber Hip. de flati.

Somni

Somni ieiunium attenuant, & frigefaciunt, si non longi fuerint, præsentē humiditatem euacuantes. Qui vero magis calfaciunt, colliquant carnem, & corpus diffundentes exoluunt ac debiles faciunt. A cibo vero sumpto calfacientes humectant, alimentum in corpus diffundentes: à matutinis autem deambulationibus somnus maxime siccat. Vigilia in exsaciatis cibo noxia est, non permittēs cibum liquari ac cōcoqui: ieiunos attenuat, sed minus lædit.

2. sententia ex. 2. lib. Hip. de dieta. 37. sententia.

Hæc multis nominibus difficilis cernitur enarrrtio. Etenim quatenus somnus numquam attenuabit, cum roborato eo tempore innato corporis calore, corpus nutriri, augerique sit necesse: nō vero imbecillum, magisque tenue reddi quippe & humectatio ex omni somno parta, non mediocri ratione ipsum prohibet. Tum neque per somnum moderatum, quamuis ieiuno corpori is contingat, corpus refrigerari videtur. Nam si assumpto cibo ipse cōciliatur, aucto per ipsius humiditatem calore, calidius corpus euadit: si vero non assumpto cibo, nonnullis humoribus ipsum abundet, absumptis, per robora tum tempore somni

Difficultas, 1

ni calidum,his vt ita referam humiditatibus, quas si mauis crudos dicere succos non diuersa ratio erit, corpus non solum,non extenuat, immo potius augescit,robustiusq. efficitur. Solidæ quidẽ partes ipsum constituentes, demptis superfluis crudisq. succis, callidiores, firmioresq. euadunt. Cum interea quæ innatum imminuunt calorem hi merito adnumerentur. Augetur enim pernaturæ conuenientem somnum concoctio,siue ea alimenti, siue crudorum succorũ sit,perconcoctionem calor,per calorem robur & augmentum partium: neq. igitur ieiuna corpora somnus extenuat, neque refrigerat.

Tum etiam si breues, vel mediocres somni id efficere quod ab ipso prolatum est valerent,exactiori de nomine longi id perficere possent. Nec dici oportebat, si non longi fuissent somni. Nam si permoderatum, sanguinem refrigerari ex eodem Hippocra.antea dicebamus: per immoderatum & lõgum amplius quieti destinatum corpus refrigerari, notum erit. Nam licet propter illum,densior cerebri spiritus, eminus calidus redditur: per totum somni tempus, quousque a- Difficultas. 2.

ptius moueri valeat, sic perseuerans. Ita pariter per immodicum siue lõgum, nõ solum minus caliditate spiritum hunc constare sed etiam refrigerata prima parte sensitiua ipsum somnum fieri, cum Galeno constanter quisque asserere quit. Si qui sunt ergo ieiuna corpora refrigerantes somni, maxime longi cum hi longam innato calori quietem inducãt minori quam ante caliditate, ipsum cerebri innatum cõstare efficiunt. Ita vt modum naturæ conuenientem is excedens somnus, frigidam cerebro intemperiem inferat. Vnde dixit Hippocrates somnus & vigilia, vtraque modum excedẽtia mala.

Diluitur prima difficultas et exponitur textus.

Cum somnus non assumpto alimento, verum internis lociis nonnullis pituitosis succis constantibus, excitatur: vel si humores innati caloris defectum resarciuntur, & tunc finitur somnus: vel ob paucitatem, ipsum integrę recuperare non possunt: ac etiam finitur somnus, sed non statim. Vel cum hoc longe perdurat somnus: si quantitate ergo ea intus contenta crudi succi humiditas, innati humidi defectui proportione respõderit, internus tunc per externum au-

ctus

ctus calor eos robustius depascens vincensq. succos, viscidam ipsorum qualitatem affert, ac humidam ab his substantiã accipiens, sibi & vniuersæ moli nutrimentum procurat: tũcq. crudorũ succorum attenuatio subsequitur: nõ vero innatæ substãtiæ, vnde nec refrigeratio eiusdẽ, exinde subsequi valet. Itaq. non his contingentẽ somnum nunc descripsisse Hippocra. manifestum est. Si vero defficiente alimento, vel nulla, vel pauca simul sit succi crudi siue pituitosi quantitas, & somnus concilietur, tunc auctus internus, propter externi antiparistasim, calor breui temporis mora ipsam euincit: qui eum nondum integre connutritus exinde euadat, amplius humidum exposcens, ipsum depascitur sanguinem, in qua eiusdem substantia locata, aucto sanguinis calore, absumi incipit. Quantum vero ex congenita humiditate sanguinis amittit: tantum innatus in minuitur calor: tum eiusdem alimenti defectu, frigidius corpus reddi necesse est. Ideo merito Hippocrates eo somno refrigerari, & attenuari corpus retulit. Quippe contracta in congenito calore siccitate, ipsum imminui,

vel ex eo facile constat. Quoniam cum temperatus est, substantia in sanguine & pituita subsistit: tuncq. qualitate est per fecte ex caliditate & frigiditate contem peratus, 8 de pla. Gal. referente. Si igitur per innati calidi auctam caliditatem, ab sumitur pituita, ipsius caloris substantia etiam absumetur, ac imminui dicetur. Ita pariter difficilis illa Galeni senten tia lib. de marasmo conscripta enodatur dum propter naturalem calorem & se nescere corpora, & morientia corrumpi asseruit. In eodem nimirum parta siccita te, ex affluxu triplicis substantiæ ab eo dem calore, continue elaborato. Ex qui bus nō obscurum est proferre, imminuta ea congenita humiditate, & imbecillius illius somni tempore, corpus reddi. Qui igitur somni ieiuno corpori accidunt, ipsum attenuant, refrigerantq. id autem efficiunt, præsentem humiditatem eua cuantes: id est eam absumentes resoluen tesque pauci crudi succi humiditatem, propriam pariter, & cōgenitam absume re incipiunt: quæ consumptio, euacua tio siue fluxus substantiæ, à Gal. quoq. vti ab Hip. nunc nominatur.

Primo lib, san, tu, i ir i tio,

Sed cur deinceps refert, si non longi

fue-

fuerint somni: videtur quidem asserere, à longis somnis ieiuna corpora neque refrigerari, neque attenuari. Et propter allatam enodationem, ab his id magis subsequi oporteret. Nonnulli forsan asserent in ieiuno corpore crudis referto succis, facile ob eorum copiosam humiditatem, longum formari somnum: ac eum nequaquã congenitam posse absumere humiditatem, sed potius viscidam, inutilemq. prius is absumens, propriã ex cõsequẽti adauget. Ac merito propterea sic locutũ fuisse Gale. 6. epid. referent. Verum cũ in febre carentibus pituitosos, aut crudos, aut frigidos vt cumque succos in corpore offendẽs cõfecerit, & coxerit: ex his optimũ sanguinem procreãs hominẽ insiti caloris incremento calefacit. Lõga igitur diuturnitate, ieiuna corpora his referta succis, occupãs somnus, ipsa calefaciet, augebitq. crudorũ siqdẽ humorũ humiditatẽ, ac frigiditatẽ absumẽs. Sed hęc apparens, nõ genuina Hip. est expositio: nã neque moderatus somnus, vt per initia diximus, his contingẽs corporibus refrigerabit attenuabitq. vt pote imbecillus calor innatus in his vt plurimũ consistens, eam exuperantem Sec. 4. 16. cõ.

humiditatem conficere nõ valeret, nec in breui eo somni tempore, præter crudi succi resolutionem, propriũ absumeret humidum, ac ita refrigeraret corpus. Neque longus somnus dici quit, qui ieiunis, & sic refertis corporibus succis eueniens, ipsos coxerit succos, & in alimentum corporis ipse cõuerterit calor: quippe is non longus siue naturę modum excedens erit, sed potius natiui caloris robur augens, & moderatus dicetur: neq. citato loco Gale. tales somnos vbi simile calidi innati augmentum perficitur, longos appellauit: esset quidem, id aduersus eiusdem placita assertum. At vero de longo somno, idest naturę modum excedenti, ipsique nocuo, Hippo. in hac parte scripsisse, vel ex his quæ postea asseruit, perspicuum omnibus extat. Nam non alio de nomine dixit. Qui vero magis calfaciunt, colliquant carnem. Nisi per hos, longos intelligeret somnos: vtique moderatus, vel parum excedens somnus, etsi ieiuno corpori accidat, carnem nõ colliquabit, neque loquitur de longo, parum naturæ limitem excedente: sed de eo, qui cum longe perduret, non tantum in innato calido siccitatẽ

pariat

pariat: verum etiam amplius permanẽs somnus, subiectumq. auctus depascens calor, carnem ex consequenti absumat. Itaq. ieiuno corpori, somni parum naturę modum excedentes, hoc est etsi nõ satis longi euenerint, idsum refrigerant, attenuantq. innato calore siccitatem sanguini inferente. At vero si manifeste si longi fuerint, hoc est ieiuno etiam corpori, & paucis referto crudis succis, euenerint somni: hi plusquam primi, corpus calefaciendo carnem absumunt, corpusque dissundentes, debile admodum reddunt. Id autem propter siccitatem subsequi, posterius conscripta verba declarant. Nam somni ex cibo subsequuti tũ calefaciunt, tum humectant. Qui vero à matutinis deambulationibus consequitur somnus maxime siccat: quoniam tum deest alimenti humiditas: tum de ambulationibus, si aliqua ante aderat dissipatur, quibus succedens somnus, ob laborem defectumque humidi calor internas corporis depascens partes, nullãque humidum, siue alimentum reperiẽs, eas nimis calefacit, & ex consequenti maxime exiccat.

Cũ igitur inquit, si nõ lõgi fuerint hoc

eſt & ſi non nimis longi fuerint, vel quã uis breues hi ſint, vel parum naturæ limitem excedant, etiam refrigerant, & attenuant: hoc eſt etiam corpus calefacientes, nonnullam ſiccitatem innato calori inferunt. Sicut qui longi ſunt, id eſt nimis ab hoc naturæ cõcurſu deuiãt, magis calefaciẽdo corpus, ipſum magis abſument: ita vt carnem iam colliquẽt. Verum nequaquam intelligere debes, præſente eo longo ſomno carnem colliquari, eſſet quidẽ hoc animo agreſte, ac durum: ſed ab immodico calore, eo ſomni tempore, intemperies ſicca plurimum corpori offendẽs parta, deinceps poſt ſomnum continue lædens, ex conſequenti carnem abſumere ſolet: cũ ob ſiccitatẽ, ipſum diffundere valeat. Nec mirũ ex inde eſt, eodẽ tempore, propter eandem vim, & cauſam calidius, ac frigidus ſimul corpus euadere, aucto nimirũ præter naturali calore, & imbecillius, & frigidius ob innatum calorẽ inminutũ, corpus fieri cõſtat, ex eodem citato Gal. loco. sõni igitur lõgi ieiuno corpori, paucis referto crudis ſuccis, cõtingẽtes, magis ipſum calfaciendo corpus, plus refrigerant, & attenuant: quam hi, qui nõ ita

mani

manifeste modum naturæ conuenietem excedunt.

At cum in exsatiatis cibo vigiliam noxiam esse testatur, causamq. nocumenti ex in concoctione, siue mala aut diminuta alimenti coctione subsequi: calore per vigilam, a locis huic muneri destinatis, ad exteriora confluete fieri dixit. Imminuto itaq. interno calore, a quo cibus liquari, ac concoqui debet, cruditates ob vigiliam facile oboriuntur, quemadmodu enim per somnu calidiora interna, frigidiora externa sunt loca; ita per vigiliá e diuerso, frigidiora interna calidiora externa euadunt loca, referente Hip. 6. epi. sed neque in omnibus naturis, ac temporibus idem apparet. Etenim quæ calore innato abūdant, nullusq. ante somnum his subsecutus sit per laborem aut aliam occasionem defectus, in ingenito partiū externarum calore: nō necesse est in his exteriora per somnum minus quam ante calida apparere, neque per vigiliam quieto existente corpore, nullisq. exercitiis dedito calidiora eadem quam per somnum existere, neq. æqua ratione hyeme, ac æstate, per somnū vel vigiliā corpora afficiuntur verum ad eandem naturam

A cibo asſūpto ſōni humectāt, non propterea diurnum somnū omnino laudat vt qui caput multis ad ipsum delatis vaporibus officiat ex cōsequēti sensus lædere posit, atq hoc exatiatis cibo cōtingit verum cū a modico asſūpto cibo somnū admittimus robustior oīs facultas euadit: alia primo, alia vero secūdo, vt cōstat ex Gale. I. d̄ symp. cau. cap. 8.

ram tempus, & exercitia corporum simi les affectiones inter se conferendo, pręhabita Hippo. ratione fieri censetur. Habito tamẽ discrimine, non omnes internas per somnum corporis partes calidiores, per vigiliam frigidiores fieri. Etenim si somnus efformari nequit, quin sanguis Hippo. referente refrigeretur, nimirũ innato capitis calore, minus calido tunc temporis existente: idque impeditus spiritus animalis motus, ob insitã illi abundantem vaporum humiditatẽ, densiorq. eiusdẽ essentia reddita clare demõstrat. Quippe dum in motu consistit calidior, ac agilior, robustiorq. ad suam nutritionem existit: dum plurimum sentiẽdi mu nere vtens, ipsumq. fungens ab insita, ac sibi propria concoctione alimenti nõ desistat. Cum autem inquiete per somnum est exacta ad coctionem motione vti nõ valens, quousque primis ac præcipuis in stomacho, iecore, & viis alimenti cõcoctionibus factis elaboratum, perfecteque coctum cerebro nutrimenrum impartiatur: quod rursus in ea partemotu insiti caloris perficitur, exindeque ab attenuato alimenti spiritu, innatus cerebro spiritus connutritur. Quod si assumpto alimẽto subse

ſubſecutoque ſomno nō ante iecoris ac venarum nutritioné cerebri nutritio perfici valet, omnis equidem coctio tépore indiget: calidior ſiue robuſtior per ſomnũ ex cibo cerebri ſpiritus nequaquam fiet. Vnde etſi præſente in cerebro vaporum eleuatione calidus adſit, ſtatim ſomno cōciliato, ad denſitaté motus caloris proprij ceſſat, hinc vero minus calidus per initia ſomni, internus cerebri adeſt ſpiritus: qui cum ab inferius ſibi allato alimēto confouetur moueri incipit: quo roboratus & auctus cerebrũ ac reliqua capitis loca ipſe nutrit, calidioraque efficit. Atq. tũc vel declinãs exiſtit ſomnus vel iã vigilia incipit: nam quẽadmodum per immodicũ innati caloris motũ lōga vigilia confectum, imbecillior ipſe efficitur: ita per moderatum, incipiéte vigilia robuſtioré effici neceſſe eſt: itaq. nō omnes internæ partes per ſomnum calidiores quã per vigiliã redduntur. Vnde nec in omnibus perfectius alimentũ tũc elaboratur & coquitur. Verum ab ſtomacho. & iecore cōmodi⁹ per ſomnũ cōcoctiones, quia calidiores tunc exiſtunt partes perficiuntur: ex qua cōcoctione tertia in reliquis, nunc in ſomno nunc

in vi

in vigilia cõmodior cibi elaboratio consequitur, ac propterea in vniuersum per somnum concoctiones factas exactiores ac calidiora exinde interna loca esse perscripsit, per vigiliam econtra, minus calida ea extant, ideo cibum non recte conficere valẽt, atque hoc vt plurimum non vt dixi ex necessitate verum cõspicitur. eadem vigilia ieiuna attenuant, sed minus lædit. Labore quidem siccitatem innatus contrahit calor: Ideo attenuãt eos nulla fruentes cibi humiditate. Sed minus est damnum non accipere calorem conuenientem humiditatem qua nutriatur, & fruatur eo quod ex vigilia in cibo exsatiatis fit corporibus, ob eas affectiones, quę ex incoctis cibis, eisdẽ oboriũtur. Atque ex his quæ hactenus diximus perspiciũ extat. quid somnus: quid etiã vigilia sit, a quibus oriantur causis: & quando sanis corporibus noceãt, ac prosint: superest nunc demonstrare, quibus morbo affectis corporib' incõmoda, aut vtilia existant.

3. sententia. 4. ægrotus. 3. sec. 3. epid. Phreneticus, primo quo decubuit die biliosa virulenta, multa ac tenuia vomuit: febris cum horrore veniens, copiosus sudor, vniuerso corpori accidens: capitis

pitis & colli dolorifica grauitas, vrinæ tenues suspensiones paruæ dispersæ, non sudauit, aluus affatim stercus reddidit, multum delirauit, nihil dormiuit. Postri die mane vocem amisit, febris accuta, sudauit, non intermisit, toto palpitauit corpore, contractus est nocte, tertio die omnia ingrauescebāt, quarto defunctus est.

Calidissimum ac maxime siccum cerebri affectum variis eiusdem naturæ simptomatibus cumulatis auctū est, & peracutū redditum, nunc depingit Hipp. affectus vtique phrenitis est, nullo præcedēte affectu subsecutæ prima statim die propria, ac ipsum semper concomitantia pathemata, ægro euenerunt. Id ostendunt ea post phrenitici descriptionem asserta verba: febris cū horrore eminens, ac multum delirium. Hæc autē perpetua fuisse indicant febrem acutam in secundo die fuisse, & in tertio exacerbatā: ac denique omnia subsecuta pathemata grauiora multo reddita esse dixisse: nam tum per acutiẽ febris, tum quia omnia exacerbata fuisse in tertio retulit, delirium continuum extitisse demonstrauit. Quam igitur nunc phrenitidem describit, verum affectum esse, ex his quæ referta sunt facile

Demonstrat ex his phrenitidem hāc non symptoma, sed affectū fuisse aduersus Galenum.

le constat. Hunc autem siue ex sanguine, siue ex bilioso sanguine adnasci referas, calidum ac siccum affectum esse, auctus in cerebro præternaturalis calor, congenito calori siccitatem inducens clare insinuat. Reliqua pathemata eiusdem naturæ fuisse biliosæ, ac maxime tenues per vrinam, & aluum subsecutæ deiectiones tum eorum nonnulla, absque his, abunde patefaciunt, vt delirium vigilia & febris acuta. In quibus exactissime ipse docuit eorum essentiam causas præssagium, ac curationem. Vtique ex deiectionibus aeruginosis tenuibus, ac multis vomitu concitatis, ex vrina tenui, cum læuissimis, paruisque contentis, ex affatim stercore reddito, biliosam naturam, & causam exinde simptomatum calidam, & siccam fuisse aperte tulit. Verum non sinceram bilem eorum fuisse causam, horrida febris, ac grauitas capitis, & colli cum dolore demonstrarunt: non sine sanguinis in venis copia existentis ea prouenisse. Ex grauibus his simptomatis, intra primum quaternarium naturæ

Vt per continuã febrem id indicatur

4. periisse die. nõ vero 3. contra Galenum.

turæ diſſolutionem inferentibus: Qualem ſimilium accidentium prompte, ſimulque infeſtantium præſagionem, medicus exhibere debeat conſulit: intra quartum nimirum diem ægrum, his perſeuerantibus periclitaturum prædicens. Nam quamuis ex bilioſis deiectionibus, & ex exacerbatis in tertio pathematis, hunc ægrum, in eodem tertio periiſſe die, Galenum exiſtimet: vtpote bilioſæ naturæ circuitum affectum ſequentem, ac per impares dies acceſſiones habentem, ſiue vt iuſtum ingraueſcentem ante quartum, hoc eſt grauiſſima a tertij diei acceſſionis hora ægrum perire contendens. Verum cum non bilis tantum, ſed copioſi etiam ſanguinis ipſe deſcripſerit ſigna: hic autem paribus diebus incrementa quædam efficiat: licet hoc exuperantiam bilis incrementum anticipet: verum in tertio non præfinitur, ſiue integrum augmentum perficit, aut accipit ipſa acceſſio, ſed ob ſanguinis mixtionem (qui tardius moueri ſolet) ingraueſcentia ipſa ad quartum vſq. dilatatur diem; robuſtior

qui

quidem sanguinis ad crisim natura ipsa bile existẽs, morbi atrocitatem aptius fe rens dilatat. Vnde intra quartum periculosissimas interficere febres, Hip. 3. præsagio dixit, aut citius, hoc est, cũ biliosam omnino naturam ipsæ subeũt: recte ergo in. 4. istum periisse dixit, vt certius intra quartum, quam ante ipsum periturũ presagium efficias tetulit.

Curandi pariter methodũ docet, tum præcipue ex affectus ac symptomatũ naturæ agnitione: tũ ex grauedine cuiusdam eximij pathematis, cuius vi reliqua grauiora fiunt: & quo dempto, nõ solum mittiora cuncta subsequũtur: verũetiam integræ sæpissime præfiniri solent. Quibus omnibus sic affectis, vigilia huiusmodi existit: qua dempta finitur affectus ac reliqua item accidẽtia soluuntur. Huius igitur curationem, deliriis præstantissimum remedium existere Hip. euidenter conspiciens, post omnia accidẽtia ac statim post delirium vigiliam statuit. Quasi diceret ea quæ hactenus a nobis asserta sunt. Nam cum contraria contrariis remedia existere sit manifestũ: & somnus deliriis sit contrarius, referente eodem Hippo. prædict. lib. 1. sent. 6. ex ceruicis dolo

dolore, cum comate, melius dicitur soporoso, & sudore vẽter inflatus si ad necessitatem liquida dimiserit sublutus ex his bile carentia, in ecstasim aguntur, id est per soporem supprimuntur, finiunturque. Est inquit Galen. sopor, ecstasi, id est disipientiæ contrarius: sed per soporem siue profundum somnum, delirium absumi, contrariamque ipsi esse affectionem, ex variis epid. locis facillime id percipitur. Ideo statim post delirium, nihil dormisse dixit. Vt duo inde perspicue colligas: omnino a somno separatum phreniticum continue delirasse, vt ita somnum inducẽdo delirium separet. Ideo per eius morbi curationis initia, hæc methodus est: vt multis auxiliis somnum inducentibus ipsi medeamur ita vt inter prima ac præcipua ipsius, illa connumerentur præsidia. Quemadmodum Latinus Hippocrates docte scripsit lib. 3. phrenitidis auxilia recensendo, Omnibus inquit sic affectis somnus, & difficilis, & præcipue necessarius est: sub hoc enim, plerique sanescunt: ac post multa deinceps auxilia, id conciliantia, in hæc notatu digna prorrumpit verba. Neque alienum est, sineque sanguis ante missus

Inquit Cornarius soporoso rectissime.

Quũ somnꝰ delirium sedat bonum. 2. aphorism. 2. sent.

Cap. 18.

M est

eſt: neque mens conſtat: neque ſomnus accedit, occipitio inciſo cucurbitulam admouereq. quia leuat morbum, poteſt etiam ſomnũ facere. Vt exinde in obſcure deprehendas, quam vtilia his ſint ſomnum inducentia medicamenta: nam ſi ob id leuantia morbum adhibentur auxilia, quia ſomnum conciliare queunt: maior ratio eſt, vt ſomnum efferentia adhibeãtur quia maiorem omnino ægris his vtilitatem importare valebunt. Etenim quemadmodum his pathematis affecto ægro vigilia ſubſequuta lethalis: ita contraria paſſio ſomnus, vtiliſſimus extat per immodicam vigiliam, immodice cõgenitus calor, exolutus, ac præternaturalis auctus febrem acutam reddidit: vocem deluit, ac palpitare, & contrahi ipſum corpus fecit, omniaque tum deinceps exacerbata ſunt. Etſi enim breui temporis mora vigilia moleſtarit, ac proinde minimum detrimentum efficere videatur: cum tamen hæc prædictis ſimptomatibus accidens, eximiam innato calori offenſam exolutionem ve tribuat: non immmerito omnia pathemata, ac affectum grauiora efficit. Quemadmodum

dum enim somnus, animali facultati quietem, quæ in phrenitide nimio calore, ac motione oblęsa perspicitur, ac eiusdem muneris spiritui conuenientem humiditatem inducens, totius corporis concoctionem augens, biliososque per inflammationem, febrem exuperantes succos segregans, excernensque: cerebri inflammationem minuit, præternaturalem arcet calorem, innatum calorẽ auget: tum demum vniuersum corpus ad mediocrem temperiem redigens, omnino resarcit. Ita pariter vigilia immodice idem calefaciendo, atque exsiccando corpus, febrem, ac reliqua intendit pathemata: tum alia noua congignit, vt imbecillitatem, ac marcorem totius corporis, & præcipue animalem spiritum nimio calore, & motu dissoluens, varia animi pathemata oboriri conficit: tum per eam sensificę facultati, corporis mala communia reddita vrgentiora, vehementioraque euadunt. Phrenitidi igitur, febri, dolori, delirio, palpitationi, & cõtractioni ex siccitate obortis, marcori, imbecillitati ex

sic de animi affectibus cẽsendum est.

ex assertis pronatæ, vigilia incommoda ac pessima est: sicut contrarius affectus, optimus & salutiferus est. At vero cerebri inflammationem primo recensere voluimus: quoniam huic citius, ac magis quã reliquis corporis malis somnus prodesse valet. Vtique neque ea contemperari, quin somnus inducatur potest, nec somnus induci, quin ipsa contemperetur. Ac proinde velimus, nolimus cerebri inflammationem etiam per initia medentes somnum conciliamus: quippe siue calidum vacuemus humorem, siue refrigerantia & humectantia adhibeamus auxilia, vtile per somnum capiti remedium adducimus. Reliquis vero inflammationibus interna viscera offendentibus, non per initia ipse prodest: augmentum enim caloris intus exhibet, & inflammationem vrgentiorem, nulla per vigiliam crudi succi dissolutione, ac exacta concoctione cõsecuta omnino reddit. Frigidis cerebri affectibus nociuus est somnus & vigilia prodest. Reliquis vero eiusdem essentiæ internis morbis reliquum corpus lædentibus, moderatus vtilis somnus, dum innatum roborare calorem quimus: vigilia vero etiam

etiam prodeſt, dum ſuperfluas, ac immodicas cruditates tempeſtiuis exercitiis abſumere & diffundere ex optamus. In hoc non parum conſuetudini exhibendo, vt quæ ſic medendi ordinem, atque congenitam mutare naturam valeat. Somnus quoque vtiliſſimus eſt, tum externis incipientibus inflammationibus, & cum ad eaſdem partes ſanguis erumpit, tum etiam immodicis omnibus euacuationibus. Vigilia dum concoctos humores diſſoluere cupimus ſed in his denique omnibus, tum capitis tum ſtomachi temperies, ac robur præcipue proſpicienda ſunt.

Vigiliis infeſta ti de repente cũ inquieta iactatiõe ſanguinem fundũt 44. ſent. 3. ſec. primi prę di. Hip. ſomnus ergo huic vtilis eſt.

SOMNI PROFVNDI non turbulenti, firmam iudicationem ſignificant: turbulenti vero, cum dolore corporis inconſtantes ſunt hactenus Hippocrates.

4. ſenteutia. ex lib. de coact. præno. parte. 3.

QVAM impenſe profundus noceat, obſtetque naturis omnifas actiões innatũ ducũt calorẽ, ad deliriũ in ſomnis: ſenſum doloris, et ad prima quæ ex his ſubſequi valẽt, ideo inconſtãtẽ ideſt nunc vnum, nunc aliud, nihil vero bonum præiudicantem ipſum dixit.

Sõni turbulẽti & cũ dolore in diuer

bus ſomnus, tum ex his quæ in propriis ſoporum capitibus prædicebamus, tum ex his quæ viu conſpiciuntur manifeſte id percipimus. Quippe in phrenitide nonnulli ſoporifera, quantumuis neceſſaria, incaute adhibendo præſidia: ita ægrum lædunt, vt contraria ipſum affectione interire efficiant. Quod conſtanter Celſus, citato loco ſic aſſeruit, tum demum illis medicamentis accerſendus ſomnus, habita ea quam deſcriſit Aſclepiades moderatione: quæ hic quoque neceſſaria eſt, ne quem obdormire volumus excitare, poſtea non poſſimus. Quod ſi nec phrenitide profundum concitare ſomnum nequimus, ne in lethargum conuertatur affectio: cum natura ipſum pariet: vt is firmam affectus criſim demonſtrauit: cum pariter contrarium ſæpiſſime experientia inſinuet, vt plurimum quidem phreniticos lethargo periiſſe. Quamuis igitur prudens natura, ſic profundos in phrenitide, et cœliaca affectiõe lõga ante cibi aſſumptionem præcedente exercitatione inferat ſomnos qui cum moderatione, & ſine turbulentia, non ſolum non noceant, tum vero proſint. Vtique vim

præ

præter naturalis caloris in phrenitide arcendo, innatum roborando calorem, biliosósque excernendo humores, *&* in cœliaca tempestiua, post exercitium & cibum assumptum in somnum delatione, congruentem innati caloris intro reuocationem, roborationemque, vtili humiditate æger consequatur efficiat. Non proinde eos profundos semper sed longos non raro somnos fuisse dicemus: per quos in huiusmodi affectibus nulla aut cerebro, aut stomacho, aut alicui particulæ noxa contrahitur: vel ea quã minima est, sed neque diurni somni longissimi in cœliaca affectione nocentissimi sunt: etsi contrarium Aetius referat, si longa ante cibum deambulatione facta, somnus is longus cibo subsequatur: neque in his post cibum vtiles vlla ratione deambulationes sunt, nam ad exteriora loca calórem reuocant, & retentricem facultatem qua cibus apte conficitur, imbecilliorem efficiunt. Melius itaque est ante cibum ipsas effi-

Neque vera censetur illa Hippocratis sententia, quibus sopor fit spumosis prodeuntibus: his febrem exacerbari acutam. 3. sec. primi prædict. nam potius per profundum somnum interpellantur febres. refert Galenus in comment.

cere, per quas superfluæ humiditates absumantur, & conuenientem calor innatus temperiem consequatur. Somni igitur profundi, siue longi in præhabitis morbis, ac similibus vacuationibus vtiles extant, ac securam morbi solutionem promittunt: tum contrarium naturæ humorem euacuando, tum intemperiem arcendo. Si turbulenti non fuerint, hoc est copiosa superflui vaporis in cerebrum delatione, tum magis delirare efficiant, tum demum cerebri meatus magis delatis superfluis, crudisque succis, obturent, refrigerentque, tum qui cum dolore somni fiunt, nullam sensificæ facultati quietem inferentes, inconstans pariunt indicium siue malum: animalem spiritum dissoluendo, ac perfectam coctionem alimenti in stomacho forsan cõtenti, interpellendo, interrumpẽdoque.

5. sententia. Ex lib. de dẽtitiõe, par. 2.

QVI SAEPE CRVENTA ac cruda per aluum egerunt plurimi in febre somniculosi sunt Hippocrates lib de dentitione.

Quia

QVia transacto com. de celiaca deiectione egimus, & quatenus in ea longus somnus vtilis sit, exposuimus: opere precium visum est, nonnulla de somnis, incruętis deiectionibus cōsecutis differamus. Primum quidem sententiam exponentes, vtrum in pueris dētientibus, cruenta dijcientibus, somnus vtilis sit resferre debemus. Pueri cum dētiunt præ magno dolore, ab vtroq. eius causæ genere oborto, sanguis inflammatur, febris oboritur, cruditates exinde fiunt, tracto ex omnibus locis ad partem dolore affectam calore: cibo tunc super ingesto, stomachus male concoquit: & exinde cruditates oboriuntur, quæ etiā ex immodico aquosi humoris à capite fluxu, in os stomachi, per febriculam, & dolorem subsecuto, nascuntur: & ex his disenteria exoritur: quippe hi, vacuationi per aluum nimis assueti cum sint, ascēsa febre, ortisq. plurimis cruditatibus, facile eas, per immodice auctum calorem in aluum ducentes, cruentas, ob eum immodicum calorem, efficiunt. Quibus accedens somnus per initium optimus est, calorem contemperās, innatum augēs, cruditates minuens, ac demum disente-

riam

Ex cruditatibus vt plurimũ his subsequi cõuulsionẽ constat ex eodem loco paulo superius assertis verbis. Quibus in détitione aluus ãplius subducit, minus conuellũtur, quam quibus parũ Quibus indẽtitione febris acuta accedit parũ cõuellũtur: in illis, ob copiosam cruditatum vacuationẽ in his, ob consumptionẽ p febrem pariter habitam,

riam exinde dirimens. Si vero ita aucti fuerint crudi succi, vt eorum excrementitij vapores somnum longum inducere valeant, ipsum conuulsiuum nominamus: nimirum neruorum principio, his referto succis, ac prę dolore neruis ipsis humorem attrahentibus: facillimum est his, à cerebro, impletis locis, conuulsionem gigni: præcipue in somno, in quo tempore maioris ad eas partes à fluxus maiorẽ quoque illis innati calidi imbecillitatẽ subsequi oportet. Vnde merito Hippocrates. 3. prognos. dixit facillime pueris, recens natis vsq. ad septimum annum conuulsiones exoriri: quod humidis excrementis abũdẽt, & tum pariter membra omnia habeant humidissima. At maioribus natu, dissenteria affectis somnus vtillissimus est: nec ita facile in febribns, conuulsionibus hi corripiuntur: nam humidam hi substantiam firmiorem habẽtes tardius amittunt, & cum his, ex pluribus calidis succis cruenta oboriatur deiectio, somnus tamquam eisdem contrarius, vtilissimus extat. Nullam sensorijs instrumentis noxiam, vtque robustiora hæc, ipsis adsint, inducẽs. Habes ex his quibus

per

per dissenteriã somnus prodesse valeat.

TVRBVLENTAE, CVM ferocia, a somno excitationes, conuulsoriæ sunt: tum cum sudore, & dorsi & colli per frigerationes apparentes, sed & per totum corpus. 6. Senten. ex 1. prædi. et ex lib. de coac præno.

Conturbatum somnum, tum vaporũ diuersi generis copia, tum viscida, ac spirituosa simul materia, nec ad quietem, nec ad exactum motum insitum cerebro spiritum duci permitens: semper tamen imbecillum ipsum reddẽs efficere quit. Quo tempore ergo aliquid eorum in cerebro exacerbatur, somnus contingens, cum hic sensitiuam refrigeret partem, facile ab vtrisque caussis conuulsionem inducere valet. Ex quo dum excitantur ęgri, maximam, repentinamque, quam ferocissimam ipse appellat, commotionem, similem epilepsiæ motibus faciũt. Cupiens eo ingenti motu natura noxium expellere humorẽ, ferocissimas eas excitationes parit. Assertam in turbulẽtis his somnis cerebri repletionẽ, Hæc est, 29. et. 20. 3. sec. 1. præ.

à fri-

à frigidis obortam fuisse succis, subsecutę colli, & dorsi perfrigerationes cum sudore, euidenter insinuarũt. Quibus somnus vti omnibus frigidis cerebri morbis, ex repletione obortis, plurimum nocet. Quemadmodum maxime his, & ceruicis doloribus conuulsiuis, copiosus per somnos sudor, vtilis extat: validam demõstrans innati caloris capitis, & earũ partium facultatem: quæ viscidam materiã quamtumuis ingentem, sudore excernere potuit. Vt id ex alia eiusdem lib. prædic. sententia constat: quando sic inquit cubiti & ceruicis dolores conuulsim à facie autem hi atque in faucibus sonitus multi, sudores in his per somnos boni. Editio Cornarij habet, post multos sonitus, cum saliuæ sputatione, vt frigidam, ac flatuosam eorum affectuum causam fuisse, aperte dignoscatur. Denique huic disputationi finem imponentes, ea quæ ab Hippo. lib. de salubri dieta, parte 2.30. sententia de somno describuntur, ac qui cibos postridie eructant, dicens, & si præcordia eleuantur: his tanquam cibis non præcoctis, diuturnus somnus prodest. &c. Tum con plurima alia de somni & vigiliæ viribus, variis in locis, con-

Primo prædic. sec. 3. 21. A suppressis mẽsibus profundus somnus cõuulsionẽ, a capitisque dolore sopor etiã secutus et surditas circa aurẽ abcessũ eructare possunt: sed nõ semp id prædicere valẽt: ac propterea hic prætermittitur eorũ prædictiões | sũt aũt hæc. 31, et. 76. sen. 3. sec. 1. prædi.

conſcripta, ex his quæ hactenus aſſerta ſunt, notiſſima extant. Alia vero præter mittuntur, quia licet de his ab Hippo. referárur, nihil præſenti inſtitutioni cõferre videntur.

Quatenus ex ſomnoſianti ĩ febrib9 tremores et conuulſiões docte ad mẽ tẽ Hip. exponit Gal. 4. aphoriſmorum 67. com. illius ſententiæ in febribus ex ſomnis timores et conuulſiones, malum. cauſa eſt cum in plethoricis affectionibus attra bilis ad caput per ſomnum repit, tumorem efficit: cum alter humor copioſe eo cõfluxerit, conuulſionem parit,

¶ Finis compendij de ſomno & vigilia.

ABDITI ALIARVM *affectionum capitis canones, præ habita methodo ſtatuuntur.*

*

Morbus melancholia, imaginandi potentiã ſemper, reliquas animæ potentias, non difficulter offendit.

Octauus canon.

De


E facultatis alicuius affectibus quisquam disputaturus, exactum munus obire suũ, absque eiusdem tum præstantiæ, tum perfectarum virium descriptione, nequaquam poterit. Vt etiam facilime ipsius præstantia animaduersa, ab ea recessus, quos affectus referunt, dignoscuntur. Propterea non immerito ratiocinatricis facultatis nonnullos lapsus descripturus: ipsius perfectissimam constitutionem, ob quam, dignius subsecutum munus prius statuere decreui. Cum itaque animalis potentia omni ex parte perpedita continetur: vt in optima corporis temperatura, quam moderatissimam calidam & humidam dicimus, versetur, exactissime functiones suas obire valet: cum vero ab ea recedit, non ita commode consequitur eas: eam vero in sanguine præcipue contineri, euidenter ex eo constat, quoniam innato calido omnia perfici, ipsumque in electiori sanguinis parte præcipue adesse, & demun in hac, perfectissimum animalem elaborari spiritum: ex his

quæ

quæ hactenus variis asserta sunt locis, in obscura horum omnium percipitur demonstratio. Exinde merito Hippocrates, præstantissimum animalis facultatis munus, ipsam nimirum prudentiam quæ partem animæ rationalem perficit, in sanguine adesse retulit. Opinor inquit, inter omnia quæ in corpore sunt, nihil magis ad prudentiam conferre, quam sanguinem. Hic ergo cum in constanti habitu persistit, consistit & prudentia, sanguine vero permutato, concidit simul & prudentia. hactenus ille. Quoniam ea temperantia semper fruens est, dum temperatissima illa sanguinis constitutione fruitur: dum vero ea nequaquam vtitur, licet eximia quædam, hæc ipsa perficiat facultas, nonnulla tamen inconsiderata, & per excessum efficiens prudentiam concidi clare insinuat.

Lib, de fla. 20 senten,

Arist. 6, Etic, 12,

Non proficitur prudētia sine aliis virtutibus neq, illæ sine hac, Aristo: 2, magno. mor, cap 3,

Quamuis igitur per reliquos, à sanguine, corporis succos, huius potentiæ munera, recte, sæpe perfici sit manifestū, nō eque tamn ac per temperatum, electio remq. sanguinem ea fieri conspicimus Nam quemadmodum cuncti præter sanguinem humores, ab innati calidi

mode

moderata temperie, non parum recedũ: ita pariter animæ functiones, horum innato calore vtentes, non nihil, ac forsan non parum à sua perfectione recedunt, ac concidunt. Quæ si numeris omnibus absoluta expeditaq. ab his etiã tẽperaturis perficitũur: nõ ea naturã humoris siue ex ortu, siue ex cõsuetudine congenitã, cõsequũtur, sic enim minus perfecta fierent, sed optimam animi institutionẽ non immutata temperie, aut habitu, sed studio, & expetientia partam. Quamuis ergo quis vigiliis, studioque attrabiliarius factus, prudentior quam ante redditus sit: non id temere, malæ tribuendũ temperaturæ, quæ id ex natura sua potius impedit, sed expedit animalis potẽtiæ institutioni, ex prædictis consecutæ, & ex consuetudine, velut à natura inditæ, insitęque prę ferẽdum. Ex quibus in obscure eorum percipitur lapsus: qui attrabiliarios reliquos ingenio pollere cõtendunt, causam præstantioris ingenij, malæ corporis temperaturæ prestantes: etiam si id per studium, optimam educationem, & inter sapientes longam consuetudinem efficientes sint consecuti. Quippe si per innati calidi vim, omnes corpo

corporis actiones, ac mẽtis cogitationes perfici notum est: perspicuum pari ratione erit, per eius imbecillitatem, easdem imperfectiores reddendas. Hoc autẽ studiũ, assertaque vetant. Melancholicus ergo non propria temperie, sed studio & experientia optimam institutionem habente, sapiens fit, & iudicatur. Ita vt si animi mores in attrabiliariis, corporis temperiem qualitatemq. humoris perniciosi omnino sequerentur, non hi prudentes, sed furiosi, audaces, iracumdique fierent. Quod adusta, mordaxq. humoris qualitas, non id tãtum, verum etiam facillime mẽtem nimis aberrare efficiat: proindeq. inter omnes corporis temperaturas hanc maxime, melancholica deliria generare posse, nõ solum ea quæ ab humore melancholico ortum trahunt: sed tum etiam, quæ ferina nominantur deliria inducere ipsam attram, notũ est. Quippe numquam ipsa, parit flaua bilis, quim prius adusta, mordax reddatur: ac tunc iam attracensetur, & melancholia, licet deliria efficere valeat, nõ tamẽ ea ferina, quin prius per putredinẽ, aut exustionem, malignam qualitatem adquirat: itaque per attræ temperamentũ,

Aĩæ deãbulatio cogitatio hominibus. 6. epi. Et prudẽtia homi- nis cõsilia cogitatiões ab antiquis nominabãtur, hæc quidẽ omnia pfecti inati caloris motione peragrari docet Hip. 6. epi. se. 5 11. sentẽ, et Gal. 5. co, eiusdem lib.

Lege 6. aphorismorũ. 56. sent. et co. Valeriola. 6. lib. enarrationũ cap. vlt. nõ parũ aberrate.

ſtudioſi, potius in hæc coincidant, quã ſapientiores efficiantur: quidquid alij referant. Quam enim ad prudentiam, optimam temperiem attra biliariam cõſtituunt, eamque digniorem reliquis tẽperiebus nuncupant: ea haud quaquam atræ bilis temperatura, ſed ſanguinis, omnium quidem moderatiſſima, eſt dicenda. Qui huiuſmodi ſit, vt ſanguinis octo vtriusque bilis cuiusque duæ portiones exiſtant, conuenienti pituitæ humiditate madefactæ: ita vt quamuis ſanguis ad immodicum vtriusque bilis motum concitetur, vtili pituitæ tum frigore tum humiditate contemperatus, vti deſinat: & moderatiſſima ſua munera conficiat. Hi quidem quatenus hac, non exuperante alios humores, ſed moderata bile fruentes, atra biliarij magis quam ſanguinei dicẽdi ſint, cauſam nullam oſtendunt. Immo vt copioſe antea à nobis refertum eſt, neque optima atra biliarij temperie vtuntur, innato nimirum ipſorum calido diminuto, & præter naturali aucto, facillimum eſt in pleroſque affectus eorum incidere corpus, ac demum facillime in mentis errores, ſiue animi morbos incurrunt. Licet hi

memo

memoria feliciores, non prudẽtiores vt plurimum ad sint, quippe, & per melancholiá affecti multi felici memoria constãt. Nã sicut moderata siccitate, dissolutá facilem substantiam melancholicus coercet succus: sic quæ per imaginationem accepta sunt, vehementer seruat. Ad eundem pari modum immodica siccitate, per adustionem bilis consecuta, non raro memoria amittitur. Vt proprio capit. de memoriæ affectibus id abunde exposuimus. At vti per atræ bilis siccitatem immodicam in ferinis deliramentis memoria offenditur: Ita per melancholiæ frigidam intemperiem, non solum memoria læditur, sed etiam imaginandi ratiocinandique potentiæ afficiuntur. Quod facile frigida qualitas, innatum cerebro spiritum hebetat, impedire animum terrore compleri, efficiat. Ideo melancholici omnes sic affecti, timent, nullam redd unt eorum quæ inepte agunt, causam: aut raro, vel non exactam: & quæ non prossunt, imprudenter sæpissimæ narrant: quæ vero prodesse valent, non cõ memorãt: quibus actionibus, in obscure

omnium potentiarum affectionem oſtẽ dunt: timore quidem, ob læſam imaginatricem potentiam cauſæ, rerum exhibendi impotentia: cogitandi ſiue ratiocinandi potentiam offenſam eſſe, inutili ea rerum commemoratione, & vtilium obliuione, tum memorandi functionem affectam continere demonſtrant. Cum igitur per melancholiam, imprudentes facti ſint: imprudentiaque præcipue ratiocinatricis potentiæ affectus ſit, quemadmodum prudentia, referente Gale. cogitationi refertur. Ideo melancholia morbo læſi, facillime eius errore induuntur. At qui ratiocinandi functioné oblæſam continent, raro abſque memoriæ læſione perſiſtunt: vtique non in multarum rerum præteritarum commemoratione, memoriæ perfectio conſiſtit: ſed in vtilium decenti, & ordinata recordatione verſatur. At vero principem in his facultatis animalis partem, quoque offendi, non ſolum ex his quæ hactenus diximus ſed etiam Galeni teſtimonio oſtenditur quum. 2. de cauſis ſimpto. lib. cap. vlt. Si igitur, ait, quidpiam tenebris ſimile, rationali parti animæ circunfundatur, homínem ſemper timere neceſſe eſt: vt pote

5. epi, ſec, 5, 11 co,

qui-

qui ſemper timoris cauſam in corpore circumferat. Quod enim nobis extrinſecus euenit, quum ambiens nos aer, vaſtiſſimis tenebris fuerit obſcuratus: id melancholicis ab intimo corpore erumpere videtur, occupante cerebrum vel ipſa attra bile, vel vapore quopiam melencholico: vt in hipocendriaco morbo euenire videmus. Hactenus is. quo in loco doctiſſime Gal. ea quæ aſſerta ſunt, deſcribit. Nam quid aliud volnit docere, cum ſic dixit. Rationali parti animæ circunfundi humorem, niſi rationalem eſſentiam animæ potentiam, per ipſum offendi intelligeret? immo potius ꝑ digniorẽ & offenſioni minus paratam potentiam læſam, omnium potentiarum animæ facilem affectionem indicare conatus, ſolam eam deſcribere voluit. Cum autem Gale. varias melancholię affectus ſpecies, pro variis imaginationibus eodem deſcribit capite, non exinde recte Altomarus ſolã imaginationem in his affici, percipere quit; & ſi quidem in his imaginatio ſemper offenſa reperiatur, ac proinde pro earum varietate, ſpecies melancholię immutetur: quia quæ magis in his affectio oſtenditur, pro eorum inuen-

Melãcholicæ aũt demẽtiæ variæ ſũt ſ, ecies prout in ipſi particulatim dolorę imaginationes apparent.

uentionibus, est imaginandi læsio: potentia quidem, vt in compendio de animæ potentiis dicebamus, cuique offensioni magis accommodata. Non tamen ex eo rectę percipitur, reliquas illæsas seruari: licet affectionis dignotio, non adeo manifesta ex his, atque ex imaginatrice, nec in hoc morbo, nec in aliis percipiatur. Etenim quemadmodum plura percipit imaginatio, quę non aggreditur ratio, neque memoria: ideo manifestior illius, est reliquis læsio. Nihil tamen ab eadem causa omnes affici posse, prohibet. Vti in melancholia morbo euenit, cerebro melancholico humore imbuto, animali spiritu eiusdem succi consistentia, & qualitate offuscato: ac denique cerebri substantia, eisdem oblæsa, animalem facultatem integre lædi solere, & maxime id dignosci, si in eorum enarrationibus, quæ hactenus perscripta sunt, perpendere velis. Aliterque rationali parti animæ affectum inseri falso Galenus proferret: variis demũ imaginibus, varias rationis imperfectiones ostendere solent: dum nullam, eorumquæ inepte loquuntur causam reddere: nec

bonũ

bonum à malo diſcernere valent. Quando mortis timore maxime oppeſſi, mortem ſibi conciſcunt. Tum quia ratiocinatione hi vtantur, aut quatenus illæſam eam obtineant, ipſe referat Altomarus.

Quum igitur melancholicus humor, in cerebri cauitatibus abundans præcipue in poſterioribus, epilepſiam faciat: & epilepſia facillime in melancholiam degenerare valeat: conſtantiſſima ratio erit, per conſenſum oblæſa, & propinquitate, agnationeque ſubſtantiæ, cum his poſtremis cauitatibus habente, eadem cerebri ſubſtantia offenſa: vt ratiocinatio & memoria exinde deprauentur: quas in his præcipue locis contineri diximus. Quare hoc proſpiciens Galenus; delirium, tum imaginandi, tum ratiocinij deprauatum motum eſſe poſſe, lib. de ſymptom. diff. aſſeruit. At melancholiam morbum, delirij nomine contineri, nullus medendi auctor negat: nec à melancholia ſolã imaginandi potentiam offendi recte cũ Gal. aut certa demõſtratione aliqua, id tuebitur aliquis, Quandoquidem ergo

idem succus morbum comitialẽ, & melancholiam parit: & comitialis affectus in his locis efformatur, quibus, precipuæ animalis facultatis potentiæ natura tribuantur, in cerebri corpus, mutuato affectu, facillime hæ digniores potentię, ab eodem vitiabuntur humore.

Dubium, Sed ex his quæ posterius asserta sunt, non minima ex sequitur dubitatio. Nam si epileptici magna ex parte melancholia afficiuntur, & è contra atq. in eo tantum, horum affectuum excipitur differẽtia, pro vt in hanc, vel in illam partẽ infirmitas repit: idem igitur humor, vt paullo ante dicebamus, vtrumq. congignit affectum: non minus ergo à frigidis pituitosis succis, cerebri corpus offendentibus, melancholia orietur Atque eisdẽ partis cauitates obstruentibus, morbus comitialis fieri solet. Idem docet Hippo. lib. de morbo sacro, & in quadam de insania conscriptione. Fit, inquit, cerebri corruptio á pituita, & bile vtriusque vero cognitio, sic contingit. Etenim qui à pituita insaniunt, quieti sunt, & non vociferantur, neque tumultuantur. Qui vero à bile, percussores sunt, & malefici, & non quieti, & siquidem assidue insaniant

niant,hæ causæ sunt. Si vero terrores, & timores fuerint a transinutatione fiūt cerebro calescēte à bile quæ ad ipsum per venas sanguinarias procedit. Hactenus ille: non igitur a sola melancholia melancholicus videtur exoriri affectus: vnde nec propterea sic appellatus, licet omnes practici id cōtendant, ducti authoritate Galeni.q.2.de causis simp. li. cap. vlt.melancholia affectorum timores vel ab ipsa attra bile, vel vapore copiam melancholico exoriri,scribētis,tum omnes sic affectos, mœstos, & timidos esse, ex Hipp.in suum vsum.3.affect. transferentis. Non autem per pituitam cerebrū lædentem,tales fieri manifestum est. Quibus ad hunc modum refertis controuersi hi reliquuntur,tum Galeni, tum Hip. de eadem re contraria omnino demonstrantes loci.

Etsi.4.corporis succi,& vnusquisque per se mētem offendere, ac disipientiam parere valet, etenim & ab ipso sanguine eam fieri,ex illa aphorismorum sen. facile excipitur.Quum desipientiam risu factam,benigniorem ea, quæ cum studio esse retulit:a benigno humore nimirum naturæ familiari,sed exuperantia solum Enoda io.

cereb

cerebri ſubſtantiam offendente ſanguine obortam. Tamen diſſimiles hæ deſipientiæ ſunt, ac nulla earum timore induitur: præter eam quæ melancholia ortum ducit. Quoniam is ſolus humor, aut ex eo vapor congenitus, vaſtiſſimis cerebrum tenebris, colore nigro, craſſitie frigida & ſicca qualitatibus tum obſeruat, tum denique obturat ipſum. Inſania vero a frigore orta præter hoc quod nullum timorem aut mœſtitiam infert: nullum ea affectum aut vociferari, aut concitate moueri, ſed quietum eſſe videmus. At eos melancholicos tantum appellauit Hippocrates qui metum & mœſtitiam longo tempore inſinuantes, multam accerbaſſe melancholiam perſpicue demonſtrauerint. Cum vero eadem aſſerta parte, idem ſic ſcribit. Triſtatur autem & angitur homo, & præter temporis rationem obliuioſus fit, dum cerebrum a pituita perfrigeratur, & præter ſolitum morem compingitur. Dempta ea voce triſtatur: quæ falſo Hippocratis doctrinæ attributa videtur: reliqua quæ a pituita oriri deſcribit, veriſſima ac manifeſta exiſtunt. Magis quidem ipſe contenderem, a pituitoſis ſuccis obliuione,

aut

aut soporosa aliqua affectione cerebrum lædi, quam in demẽtiam duci. Quoniam his humor, frigida ac humida qualitatibus, nullum motum cerebriq. tumultuationem, sed torporem segniciem immodicam quietem profundum somnum ac denique non insipientiam, non deliria melancholica inducit: sed obliuiosum, ac præ frigiditate ad intelligendum pigrum: non vero delirum, aut dementem aliquem efficit. Solet quidem Hippo. vt in compendio somni dicebamus, imprudentes eos appellare, qui licet sapientes sint, sapientia per insomnia, vti nequeãt: vel per nonnullam aliam leuissimã occasionem id patiantur. Sed timores dixi a nullo alio quam a melancholico humore adnasci, vt id clare ex Gal. percipitur sic. 4. Aphoris. 67. com. afferente si cerebri plenitudo ad attræ naturam vergit timores: si talis non fuerit, labores, ac conuulsiones. Quemadmodum ferina deliria nonnisi attrabilis congignit, siue ex bile flaua adusta, siue ex melancholia putrefacta, aut adusta ipsa, malignam induerit acrimoniam. Galen. referente. 6. Aphor. 56. com. itaque bilis nõ sine febre deliria efficit, pituita potius torporem inge

Siue melancholiam affectum.

Sentẽtia autem. Hippo. talis ex somnis timores, vel cõuulsiones malum. 4. aphoris. 67

ingenij siue animalis facultatis inducit, quam insipientiam, nisi præter temporis rationem obliuiosum insipientem apelles, cum Hippo. sanguis per se nunquam dissipientiam absque febre parit. dixi per se, nam cum adduritur ipsam efficit, verum maxima melãcholici humoris, iam tunc portione vtens, nihil mirum est, si melancholicum morbum inferre valeat ac per sanguinis copiam cerebri substantiam afficientem, delirium cum risu inferant hi: alias per adduſtionem ac crassitiẽ alterius partis eiusdẽ sanguinis, mœsti ac tristes euadunt: varias imaginationes pro causæ varietate obtinentes.

Nonnulla præcipue de eius curatione scribũtur.

Ex quibus omnibus, non aspernãdum placitum desumitur, sed ad exactã ipsius curãdi methodũ maxime vtile: vt quemadmodum semper ipsius causa, calidus, aut præadustione ater redditus humor existit: etiam si post exustionem frigidus factus, nõ minimas pariat obstructiones: nulla tamen ratione nimis calida melancholicis pharmaca propinentur: vt quæ sua immodica caliditate, plus atrum, & renitentem, & præ siccitate obstruẽtem magis melancholicũ reddãt humorem: auctoque calore, plures in cerebrũ mittant

mittantur vapores melancholici qui in situm ipsi spiritum, vt nebula quadã obscurare, eiusque deprauare motũ queãt: ea igitur sint ita temperata, vt potius ad frigidum, quam ad calidum declinent temperamentum: tum etiam melancholici sanguinis per venæ sectionẽ, vacuatio dũ is vel in solo capite abundet, vtilissima est: tum exuperantem humorem detrahendo, tum si quæ intempestiua caliditas eundem succum fouens, ferina deliria deinceps efficere apta in cerebro cõtineatur, omnino eam detrahit: sicque ex acidenti affectam partem refrigerãdo a grauiori, & plus lethali affectu, ipsam liberat.

Etsi periculosissimum, ex adusta bile factũ delirium, sit non raro tamen disenteria medetur. Nonus canon,



LEROSQVE affectus nunc per alia subsecuta simptomata augeri: tum plurimos per eadem acidẽtia imminui variis in locis Hippoc. docet

docet. Præcipue tamen primo de morb. lib. vbi ex professo, qui morbi per se lethales, qui ex necessitate tales existant, qui vero nō lethales, nisi quid ipsis contigens, vehemens morbo incrementum adhibeat. Atque hoc malum supra malum fieri inquit, velut si rigor corripuerit, & igneus ardor superueniat: & huius generis reliqua. Aut affectus in alios permutātur affectus, vt ex pleuritide fit transitus in febrem ardētem ex phrenitide in peripneumoniam, & cum ex attrabile leuiter siderantur. Inutiliter vero hi, in hos degenerāt morbos: immo plus lethales ægri redduntur: nam si per primos affectus dubij aderant, an interituri essent: his subsequutis simptomatis, qui ex natura parem cum illis præssagitionē continent, imbecillimo, per eos anteriores, reddito corpore, interitū subsecuturum exinde, nemini dubium est. Nunc quem admodū in phrenitide, alui profluuium valde rubicundum contingens, ex Hippocratis doctrina, pessimum ita pariter in ferinis deliriis subsecuta dissenteria, lethalis erit. Nam ob duo valētia vitia hominem, plusquam per simplicem affectum periclitari manifestum est, si quidem

Obiectio.

Pred. 1. sententia.

dem vnusquisque eorum affectuum lethalis cõnumeretur: qui per anteriorem affectum, imbecilliori virtuti redditæ subueniens, deterior fit, atque apparet. aut quid proderit, per exuperantem adustam flauam bilem, capite siue phreniticde, siue ferino delirio affecto: reliquas partes corporis, vti epar, & intestina, cruentis deiectionibus simul affici. Licet enim prior affectus nonnunquam casuum mutatione his simpthomatis declinetur: propterea tamen non optimum ipsa exhibent signum, cum non minus quã illa dicantur lethalia.

Ab Hip. 1. de morb. sent. 4 nuncupẽtur

Ex quibus ad hunc modum recẽsitis locis obiectionibusque, non solum præsens constituta sententia ruit, verũ cum ea etia, quædã Hipp. sententia. 7. aphor. descripta, quę huiusmodi est. Ex insania disenteria, aut hydrops, aut mentis emotio bonum. Primũ disenteria hæc quamuis morbi mutatione contingat: verum ex attrabile oborta lethalis est. 4. Aphoris. Hipp, referẽte, in cuius com. Gal. eandem insanabilem prorsus esse contẽdit, cum nihil a cancro vlcerato, ipsa discriminetur. Tum pleraque inferat accidentia, quæ malas consequũtur disenterias.

Hip. sent. nõ parũ difficilis exponitur

Difficultas intestinorũ si ab attrabile incepe it lethalis. 24.

vt hepatis inflammationem, dolorem cibos intercipiat, sitimque inducat, ob malignam mordacemq. eiusdem atræ qualitatem: quorum causa pess. mæ ab Hip. disenteriæ vocantur. 2. præd. lib. 29. sent. insaniæ igitur disanteria contingẽs pessima erit, tũ pari via hydrops, magis quã disenteria lethalis erit. Nam præter hoc etiam nullam casus mutationem minatur: naturæ quidem morborum & causarum omnino cõtrariæ: siquidem semper calida, mordaxque causa nunquam vero pituitosus humor furoris origo extat eodem Gal. 6. aphoris. 56. com. referente: hydrops vero semper ad frigidam hepatis intemperiem consequitur: at impossibile erit aquam intercutem transmutationis, vel morbi vel causæ ratione persanare furorem, neque alia ratione, vnus affectus alteri proderit? Quid enim hepatis imbecillitas deliriis prosit? immo potius quantum noceat, exponit Galen. 1. prorrheti. 2. com. Neque in prædicendo vllus audax, & temerarius erit, vt si impetum furoris, mentis alienationem esse computet: optimum vel ratione signi, vel causæ nomine ipsum adesse præsagiat, Quin potius morbum augeri, ex de-

praua

prauati rectricis spiritus motus incremẽto, securius prędicet. Idque nulla alia exactiori indiget demonstratione, quam nunquam morbi augmentum per causæ diminutionem fieri, neque per augmentum causæ affectũ imminui & quod certius est, per eiusdem augmentum, neque eundem imminui, neq. minus mortiferũ esse prædicere. Et siquidẽ Gal. vehementẽ furoris agitationem, solutionẽ eidẽ furori inferre contendat. Quemadmodum in acutissimis nonnunquam fieri morbis scribit, vehementissimos casus bonas crises operari: forsan quod immodice per augmẽtum eorum auctus calor, ad summumque peruentus incrementum, nec deinceps aduri, nec augeri valens: præ immodica exustione frigescit imminuiturque: sic nonnunquam vehementibus casibus succedit, id tamen per quã rarum est: quia vehemẽtes, & intensissimas has exustiones, vel similia casuũ incrementa, vel nunquam, vel rarissime innatum calidum ferre valet: sed potius vehementer immodicis his intemperiebus, semper ipsius innati factum subsequi est necesse. Neque ex dubiis, rarissimisque casibus, sed ex semper veris aphorismo astruxit

O Hip.

Hip. vniuersalem ac certã curãdi, & prædicendi doctrinam continentes. Non vti in coacis præ. & lib. prædic. fecerat, ex nonnullis singularibus, plures vniuersales sententias inutili, & non satis cõstanti methodo colligens. Ac proinde minus propriam, & aphorismorum doctrinæ minus decentem euasionem, nũc exhibuisse Galenum perspicuum est.

Vt difficillimã hanc Hip. sententiam recte exponere, ac enodare valeã, prius equũ duxi, furoris causas breuissime pertractare. Quibus enarratis, non parum ea quæ de ipsius prædictione, & curatione dicentur elucebunt. Insaniæ causæ sunt bilis flaua adusta melãcholia adusta, vel putrefacta. Neque enim sanguis adustus insaniam efficit: sed melancholiam, nam per adustionem, quædam eius portio in melancholiam, quædam in flauã bilem commutatur: cum in flauã maior ipsius pars conuertitur, febrem non paruam ex immodice calida intemperie accẽdens, paraphrenitidem parit. Cum vero præ adustione nimis crassescit, melancholicique succi naturam subit, melãcholiam non vero furorem congignit. Nam & ipsa melancholia nisi aduratur, vel putre

fiat

fiat, furorẽ nequaquam generat: minus ergo ſanguis ipſo atro humore per exuſtionem naturæ contrarius efficitur: omnium in corpore repertorum humorum ipſi familiariſſimus, nullam per eam præ aſſationem, mordacẽ adhuc qualitatem recuperans. Pituita vero per nullam aduſtionem intenſam humiditatem amittens, huius deprauati, furioſique motus cauſa nunquam eſſe valet. Ex quibus vltimis verbis clare patet hydropem in furioſis, non affectus tranſmutatione fuiſſe factam, ſed neque omnem hydropem, neque ex omni genere cauſæ ortã, dementiæ vtilem futuram, ex his quæ diximus facile conſtat. Ea vero tantum aqua intercus, quæ ex retentione ſanguinis muliebrium, vel hæmorrhoidarum, vel ex quapiam ita plethorica cauſa inceperit: dum per eandem prius occaſionem (iterum aduſto eo melancholico ſanguine) inſania oborta fuerit: ipſam affectus tranſmutatione, hydrops curat. Tunc enim ſubſequuta hydrope, ſignũ eſt, naturam a partibus ſuperioribus aduſtum illum melancholicum ſanguinem ad ventris regionem, quẽ deinceps, cum validior ipſa fuerit, integre per loca

conuenientia, & huic humori destinata vt per sanitatem solebat facilius excernat, consulto deriuasse. Vnde sapienter Hippo. de his dixit facta per somnũ comparatione mens in aliquibus per somnum aliquid mali operari cogitat, & delirat, sanguine in capitis venis efferuescẽte: cum vero sanguis, rursus ad venas dispersus fuerit, quiescit. At si quis referat, acutiorem esse hydropẽ insania: inutilemque exinde talem affectus commutationem fieri: si vero illa Hip. est sententia, ex his affectibus hydropem cõnumerandum, qui ex necessitate ægros interficiunt, vt tales: sed his cum Aetio facile respondemus. Cum hi morbi consueuerint difficillimam & quasi impossibilem curationem admittẽt. Per initia, inquit, non difficillima aquæ intercutis curatio est. Ac proinde his furiosis eueniens, quorũ causa ex detentione alicuius consuetæ sanguinis vacuationis fuerat hydrops optimum portendit signum. Quibus contingens disenteria, vtilior hydrope extat: tum vitiosum humorẽ longius diuertens: tum perfecte, & per cõuenientia loca euacuans: quæ euacuatio dum non sit flauæ adustæ bilis, alterius nimi-

1 li. de morb. 4. sententia.

rum

rum furoris causæ, reliquorũ humorum insaniam efficiẽtium vtilissima existit. Paucissima incõmoda ex his quæ malæ disenteriæ generare solent inducens: sed sanguine & ramẽtis egestis finitur septima die, aut. 14. aut. 20. aut. 40. aut intra hæc tẽpora referẽte Hip. 2. prędic. 29. particula. Mentis vero alienatio siue obliuio, ad hos consequitur in his furiosis affectib9, vel denique ad atræ bilis, a capite vacuationem: vel a pituitosi succi in eãdem partem cõfluxum sequitur. Est quidem proprie alienatio, non maior furor, quoniam in ipso etiá furoris impetu, nõ integre alieni sunt, sed multarum rerum reminiscuntur, sed potius ab ipso furore, habita obliuio, vt eos qui amissã memoriam obtinent, non a præteritis tãtum rebus, sed a præsentibus confertim alienos etiam esse cõspicias. Fient quidẽ hi alieni, siue obliuiosi per eiusdẽ deprauati humoris in capite contenti deductionẽ ab his furiosis & deprauatis motibus, quos antea efficiebant, loquebanturque quos quietos, alio in loco in Hippo. appellat vt antea dicebamus: remota nimirũ impetuosę motionis causa, eos quietos siue ab his furoribus alienos fieri, necesse est.

Fiunt,inquit,timores, & terrores, cerebro a bile calescēte,quæ ad ipsum per venas sanguinarias procedit: cum autē bilis in venas rursus discesserit,etiam corpus quiescit: siue mēs abhis aliena redditur,præteritorūq. obliuiscitur.Demētes quoq. obliuiosi fieri valent,per pituitosi succi in caput confluxū:nimirū, si in his solū caput attra infestetur bile, reliquas vero corporis partes pituitosis, viscidisque abūdare succis videamus, siquidem præter tēporis rationē obliuiosus aliquis fit,dum cerebrū a pituita perfrigeratur, eodē asserto loco, ipso referente Hip. ex infernis igitur partium crudis pituitosis, viscidisq. succis ad caput cōfluxis, attra bilis in capite contēta contēperatur,moderata.quietaq. efficitur. Vnde deprauatis eiusdē finitis motibus mentē ab eisdē alienam reddi manifestū est. Omnes autem hæ morbi euasiones, vel sub disenteria continentur,vel minus ipsa dicentes censetur. Ac propterea solam eā curationem, natura inuentā per disenteriam præcipuam nominabimus: & de ipsa tantum in canone disputationem fecimus.

SCHOLIVM.

Men-

MEntis emotiones sanguis per nares effluxus soluit.6 epid sec.6. Hippo.referente:quas melácholicas vel furiosas esse sanguinis natura declarat, cuius euacuatio inutilis est his qui a flaua adusta bile insania affecti fuerint,aliis vero vtilis.

Et vrina multam subsidẽtiam habens de xippi, mẽtis emotiones melancholicas curat.

Quacunque harum vacuatio- num,solet propulsari conuulsio, nimirũ igneo ardore,somnis, iuxta aures accessu,sudore, sputis sine sudore in febre diffluentibus, vitrea vrina, vel alba eadem copiosa , alui profluuio , sanguinis per nares eruptione, aut eiusdem per aluum eruptione, aut rigore.

Decimus Canon.



VLTA hic vacuationum genera conuulsis contingẽtia describuntur: quæ nunc affectus causam dissoluẽdo nũc prorsus vacuando , alia simul cum his,affectam partem contem-

perando ipsi medētur affectui. Ne igitur altera harum vacuationum affectū propropellere natura studens, contrariam aliquam vacuationem his quæ cōmode natura tentat, vel denique diuersam medendi methodum conetur perficere medicus: vtilissimum esse duxi, omnia fere symptomata, & vacuatiões a natura prudentissima, in conuulsionibus excogitatas, quæ vel dirimere ipsas, vel tādem earum remittere vim possunt recensere, inter quas febris siue igneus ardor frequentissime contingere, & integre conuulsionem soluere solet, primo annumeratur. Vt quæ pariter frequentius ab Hippocr. quam reliqua in conuulsionis curatione, natura procurata adnumeretur. Ac præcipue dum sic retulit ipse. Qui a conuulsione aut distensione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur, tum alibi dixit a conuulsione si febris inuaserit, sedatur eadem die, aut tertia: tum inquit si quis ebrius de repente voce priuetur, conuulsus moritur si non febris corripuerit. Huic igitur magno affectui præstantissimum existit auxilium febris. Si quidem conuulsi corporis nimium frigus profligans immodico calore, resol-

57. quarti, & 70. quinti. aphor. lib. de locis in homine. 48. sentē. & 5. aphoris. 5. senten.

uens

uens,& obſtruentem ſuccum euacuã̄s: non aliter quam vinum, Gal.in com.referente,quod, licet copia, neruos prius obſtruxit: qualitate rurſus, eam quam fecerat affectionem ſanat: neruos tunc calefaciendo, exſiccandoq. Vnde non immerito Hip. per febrem conuulſionẽ adnaſci videns, vti in.3.prognoſ pueris, per acutas febres, conuulſiones fieri ſcripſit:tum maioribus natu ,id fieri paſſim conſpicimus conuulſionem, inquit, febris ſuperueniẽs acuta ſoluit:quæ prius non fuit. Nam ſi prius ipſa exacerbata fuerit:præterquod,conuulſio illi ſuccedens,neruorum propaginem imbecillimã omnino conſtituit:immodicam humoris copiã, poſt acutiem febris, in neruis accerbatam fuiſſe clare demonſtrat: ſi non magna,ob ipſam,exuperantis ſucci conſumptio,vel vacuatio pręceſſerit: ac tunc conuulſio,inſanabilis eſt, ad immodicam neruoſæ conſtitutionis ſiccitatem,ſiue inanitionem conſecuta.Ideo febri conuulſionẽ ſuperuenire peſſimũ eſſe ſcripſit Hippo·2. aphoriſmorum,26. ſen.ob hactenus deſcriptã cauſam.E cõtra vero conuulſionem ſanat febris, nõ tantum acuta, ſed mitior etiam contingens

Lib. de coa. præn c.par.3.

5. Aphoriſ. 70,co.Gal,& Paul. lib. 3. 19.cap.

gẽs, vt quartana, cuius testimonium perhibet Hippo. 5. apho. dicens. A quartanis capti, nõ admodum à cõuulsionibus capiuntur: si vero prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur. Cũ humorum, inquit Gal. conuulsionem efficientiũ, duplex sanatio sit, excretio scilicet, & coctio: vtrasq. habet quartana, excretionem quidem ex rigore: coctionem vero febrilis caloris ratione. Omnis igitur febris, ex repletione, vel frigore orta cõuulsioni medetur. Que tamen ardẽs, aut acuta est, ipsos crassos, frigidosque potentius resoluens, excernensq. humores præstantius extat auxiliũ Hip. asserente primo de mor. lib. 14. sen. Et tetano, inquit, ac conuulsione occupante, ignem ardorem superuenire bonum: hic tamen admirãdus venit Hipp. qui paulo deinceps, sic inquit. Talia enim per nullam ignorantiam, aut scientiam fiunt, & nõ fiunt: sed sua sponte, & fortuito casu cõtingentia, & prosunt, & nocent, iuxta eandẽ rationẽ. Cum hic ergo sic loquatur: prorsus huic sẽtẽtiæ cõtrariũ locũ alibi statuit Hip. lib. quidem de locis in homine. 48. particula. Sic cõuulsioni, inquit, mederi oportet: ignis ab vtraq. lecti

70. Sentẽtia.

Hæc quidẽ sola agitatio suficiens est crassos excernere succos.

parte

patte succedatur, & mandragoræ radix in potu præbeatur, minore pondere, quã quod insaniam facit. Vbi clare docuit Hip. medicum, in cõuulsis febrem accersere posse. Idq. optima methodo: ac miro consilio efficere, prudentem naturam quæ nihil sine cõmodo præstat immitãtes. Fortiora nonnulla adhibentes his, quæ retulit citato loco Hip. auxilia. Nã eiusdem mandragoræ radicis cortex, nõ parum refrigerans est: ita vt dolorẽ, torporem inferendo, dirimat: teste *Diosco.* 4. sim lib. 71. cap.

Priorem igitur Hippocratis sẽtẽtiã, sic enodare conuenit. Non enim ille in conuulsis febrem per medicamenta excitari debere, prohibet: sed de remediis natura tentatis, ibi scribens, non adeo præstantia, à medicis, vti à sapienti natura remedia inueniri, ac perfici autumat. Si vero his quæ diximus contrariam perscripsisset opinionem: haud. 2. epidi. ad hunc ipse modum enarrasset. sec, 5. sen. 7.
Si puerperis conuulsio accidat, ignem facito, in vesiccamque ceratum infundens plurimum, ac tepidum, subluito. Quibus abunde docuit, nullum in conuulsis tentante natura præsidium, nullisq.

nullisq. iam medicamentis ipsa conuul sione cedente. febrem per medicamenta quædam à medicis inducendam, & accersendam esse. Cum igitur: inquit doctissimus Petrus Iacobus Steuæ. Vndiquaque opsepti nerui lento aliquo, glutinosoq. humore madidiores euaserint, quemadmodum quidē febre per austrinam constitutionem distenduntur, plurimam in se ipsis humiditatem cōcipientes, arctantur quidem, ac contrahuntur ad originem, atq. deprauatam quandam edunt motionem, quam conuulsionem medici appellare cōsueuerunt. Huic sane affectui calidis medicamētis est opus quibus huiuscemodi humor noxam pariēs, absumatur: partim vero exsiccetur. Nihilq. vt simpliciter proferam, cōmodius cedere potest, quam lentam quandam febrem accersere: cuius ope voti cō potes nos fieri valeamus. At rursus inquit in his puerperis, quæ non probe in puerperio sunt purgatę, et per tumultuationem humoris per vniuersum corpus tremores, ac conuulsiones exoriuntur: non tantum febrem excitasse, sed vuluæ etiam meatus ad aperire, si forte illac humor reuocari poterit, cōuenit: quod vti

Quū adhibita calida & euacuantia auxilia non profuerint.

que

que commode præstabimus, tum pessis, tum mollibus vnguentis vteri ceruici admotis, atq. etiam interne iniectis: quale est, quo vtor, ex myrrha, absynthij succo, æsypoque confecto, cui interdum cucumeris syluestris succum, quo acrius fiat, inijci iubeo: hactenus ille. Sed in his puerperis, quæ non recte ex partu expurgatæ, conuulsionibus infestantur, tepidum quoddam repurgatorium perscribit Hip. lib. de natnra muliebri. 76. particula ex anseris medula resina, lentiscino aut terebinthina: omnia æquis portionibus sint admixta, & cum vnguento rosaceo, ad lentum ignem liquefacta, vteri osculo, & pectini imponãtur. Quo in loco, plerasq. tum potiones, tum subditia medicamenta fortissima describit, quæ secundas educere, ac menses detrahere, & febres non lentas, sed satis accutas accersere solent. Medetur igitur cõuulsioni febris, siue natura, siue medicamentis prouocata. Ideoq. in his, lentam inducere febrem, vtile Hip. consilium est.

Vt sambuci succũ tum & sauinæ cũ cãtharidibus dictamo, & similibus exhibet.

De sudore cõuulsionẽ soluente.

Per sæpe etiam sudore, ipsa cõuulsio præfiniri solet: non tamen semper eo oborto soluitur. Immo potius is lethalis cẽsetur, si ex inanitione pronatę accidat

neruorũ

neruorum contractioni; innatum calorẽ omnino dissolui, clare insinuãs. Si vero ex repletiõe ortę cõuulsioni, contigerit sudor calidus, ac copiosus. paulatim humorem vacuãs & proportione ipsi affectioni respõderit, ita vt particulari cõuulsioni, particularis cõtingat sudor, & vniuersali, pariter vniuersalis eueniat, plurimũ prodest, Hip. referẽte lib. đ coa. præno. particula. 3. in conuulsionibus sudores ex omni corporis parte exortos, vtilissimos esse: ac eã prorsus liberare, ostẽdit Hip. 3. epi. in quodã ęgroto Cherione appellato: qui copioso per totũ corpus sudore è cõuulsionibus ex repletione adnatis, ac reliquis accidẽtibus liber integre euasit, fouentẽ affectuũ causam, ingẽti sudore, vtiliter natura excernente. Si vero vniuersali cõuulsiõi vel si mauis dicere multarũ corporis partiũ, particularis aliqs sudor, vel vniuersalis nõ copiosus acciderit sudor, partim leuare affectũ valet: sin minus capiti cõtingẽs, vacuato neruorũ principio, & aliis partibus non copiosus succedẽs: qa neruosã ꝓpaginẽ, quadã ratione đobstruere incipit sed nõ oĩo đobstruẽs, vel cõtinuã cõuulsionẽ, ꝑ accesiones inuadentẽ reddet, vel in tre

morẽ

morē ipsā redducet:præfinieturq. cōuul
sio. Neq. mirū est ex cōuulsione tremo-
rē fieri: vel in ipsū cōmutari ab ipsis frigi
dis, crassisq. succis p sudorē vel abscessū
nō parum vacuatis neruis ipsorum robo
ratus calor, quod permāsum in eis est ex
pellere valens: nec integre roborem adē
ptus, parteq. perdetentū humorē aggra-
uata, tremorē cōstituit. Sed ex cōuulsio
ne ipsum posse peroriri tremorē manife
ste insinuauit Hip. 1. prædi. sec. 3. 70. sent.
sic referens. Ex cōuulsione, tremore, an-
xietate cum catocha exigui post aures
abcessus prorritātur. Si vero abscessu fa-
cto in tremorem mutari cōuulsio valet;
affectus nimirum causa diminuta, in mi-
norem symptomatis speciem, affectum
immutari posse manifestum est. Sic pari
ratione vniuersali conuulsioni, non sa-
tis copiosus accidens sudor, non integre
medetur: verum causam inminuens, le-
uiorem ipsam affectionem reducit. Si-
cut è contra, tremori conuulsio contin-
gens, ipsum obscurat tremorem: nec pos
se dignosci tunc tremorē, manifestū est,
quod si referas non tremorem, sed motū
conuulsionum ex illo sudore progigni
posse, vel vnūquodq. eorū symptomatū

ea occasione fieri valere, autumes: nõ id abnuam: quandoquidem non propterea inutilem conuulsioni talem sudoré existere, sed vtraq. ratione ipsi affectui prodesse, contendas.

De somnis conuulsionem soluentibus.

Si bene quæ de somno & vigilia antea perscripta sunt, perpendamus, quam breuissime huic parti non parum difficili, integram enodationem exhibebimus. Nam si somnus, tum caput replere, tum ipsum, ac reliquas corporis vacuare partes valet simplicem affectum, ac corporis constitutionem, innati calidi necessitatem, & somni naturam, diuturnitatéque, in obscurum est asserere, conuulsis ex repletione somnum nocere plurimũ. Si vel cibis in stomacho existentibus vapores denuo per somnum caput repleãt vel si crudis succis corpus ipsum abundet: tunc innatus calor eos concoquẽs non minimam fumosam, excrementitiáque neruorum origini exhalationẽ trãsmittit. Vel denique hepate, renibus, aut aliqua alia interiori parte, phlegmone infestata, inductus somnus copiosam vaporum fluxionẽ cerebro mittit. At quacumque ratione ipso oppleto, neruorũ congeriem confertim affici, perspicuũ

est

est. Verũ si eisdẽ ex repletione cõuulsis neq; cibo, neq. aliis crudis succis, nec internis inflammatis particulis somnus cõtingat: cum per ipsum innatus calor potentior fiat, viscidos, crudosque humores, à quibus nerui infarcti sunt concoquit, & excernit. Ac proinde somnus, in conuulsione puerorum ex repletione orta, sic contingens, facilius eam quã in maioribus natu, pari via factam curat & quoniam naturalis facultas in his, tũ innatus calor maior est: qui vitiosôs hos vincere succos valeat: tum etiam, quia in pueris facillime conuulsiones exoriũtur. 3. prognosticorum Hippocrate referente robusta igitur in his naturali facultas viscidos, ac non plurimos neruis adherentes humores, leues conuulsiones indifferentes, facillime concoquens, absumens, deducensque, conuulsionem per somnum delet. Conuulsis vero innanitione neruorum factis, somnus cum cibi repletione tantum prodest, copiosam ac vtilem, affectis ex siccitate locis humiditatem roborato innato tunc calore, exhibens. Exindeque neruorum, ac musculorum capita, ob ariditatem contracta per somnum hu

mectata extenduutur, ac pristinam figuram, situm, motum naturalem recuperare conspiciuntur, nullo tátum opus, nisi natura perficere valente. Nam propemodum insanabilis est, ex inanitione conuulsio Aetio, & Paulo auctoribus. Sed non amethodus esset, in his ingestis cibis optimis adhibitisque his praesidiis quæ ab Aetio libr. 5. capi. 131. & Paul. lib. 3. capi. 19. ad somnum conciliandum describuntur naturæ imitatione, somnum inducere. Ná præter hoc, quod nihil nocebit: prodesse poterit. Si præcipue non omnino ea firmata conuulsio sit. At vero quatenus & quando, ac quibus somnus noceat, ac prosit, abunde in eisdem comp. declarauimus: proinde ne bis eadem repetam, huic disputationi finem imponam.

Lege. 2. 5. &. 6. cômentariorû sentétiarû Hip. de sôno a nobis pscriptos.

De abscessu circa aures, côuulsione soluente.

Tum etiá abscessu, iuxta aures pronascente, solet præfiniri conuulsio, in exteriora loca, affectæ parti propinqua, vitiosum natura humorem deriuans, deducensque. Sed neque continua, neq. fortis ea futura est conuulsio, quæ simili vacuatione curari debet. Sed imbecilla, & per accessiones afficiens, vt quæ minori causa constans, minori pariter hu-

mo-

moris excretione indigeat, medeaturq. In altera vero, absceßus cõtingẽs, præter hoc quod ipsam affectionis causam non dirimet, nec afferre poterit, duo indicabit: vitiosi nimirum succi copiã, in neruosa propagine exacerbatã contineri, tũ debilem expultricem earum partium facultatẽ adesse, ex debili vacuatione, cõiectari licet. At debilibus cõuulsionibus, non parum prodesse, variis in locis ostẽdit Hip. vt prædi. lib. 1. 23. senten. quæ cõuulsorio modo inquit exacerbantur, cũ stuporis detentione, absceßus iuxta aures producunt, & alibi per sæpe, in duobus his prædic. libris id ipsẽ demostrauit debilem igitur ex repletione ortam conuulsionem, absceßus post aures continigens sanat.

Est. 49. 5. sect. 1. prorrh. & leges sequentem senten..

Adhæc conuulsionem non his tantum quæ relata sunt, accidentibus leuari: sed plurimis sputis, siue sudore etiam terminari in præallata sent. diximus: Hippocratis auctoritate ducti, qui lib. de cóac. præn parte. 3. conuulsoria, inquit, sine sudore sputa defluentia, in febriente, leuia sunt. Raro, aut numquam sputa: & si multa conuulsus eijciat æger,

De sputis cõuulsionem soluẽtibus.

conuulſionem perſanare valebũt. Quod huiuſmodi euacuatio, nihil neruorum principiis obturatis proficiat, ex longinquis cerebro partibus facta. Nihil talis conuulſio, ab auctore recenſita, pectoris ſolum muſculis, neruisque eueniens ex craſſis viſcidisque, in his collectis ſuccis lenta quædam, per obturationem, & nõ nullam ſpirandi difficultatem, conſecuta febris eadem præter naturali caliditate ipſorum exuperantium humorũ, per ſputam expulſionem perficiat huiuſmodi vacuatione perfiniatur.

De vitrea vrina idẽ præſtante.

Tum per vitream vrinam conuulſio mittigatur, eodem citato loco Hip. referente. Prodeſt inquit, cõuulſis vrinæ trãſitus, vitri ſpeciẽ referens. Eſt enim viridis color Gal. teſte, medius ad nigrũ, ſiue p immodicũ frigus, ſiue per ingẽtẽ calorẽ ſit factus. Is igitur, dũ priori occaſione aſſerta, elaborat⁹ fuerit, frigidos oſtẽdẽs ſuccos: ſi copioſe ſimul, vel vrina, vel alui deiectione excernãtur, fouẽtẽ frigidi morbi cauſã d̃trahi in obſcure d̃mõſtrat.

12. cap. 1. criſeon.

De alba vrina idem efficiante.

Id ipſum, pari methodo, albæ vrinæ indicãt, efficiuntq. quum multæ ac cõturbatę eiiciuntur. Nã ſi vrina alba, cũ mediocri cõſiſtentia mittatur, vel pituitæ,

vel

vel puris, vel partiũ colliquationẽ insinuat. At si nullus ex vrina fœtor d̄prehẽdatur, pituitosi humoris admixtio, albã reddit vrinã: si vero velut araneorũ telæ in ipsa appareát, colliquationis signum ipsa præstabit vrina. Atq. hęc per mediocrẽ albæ vrinæ consistentiã insinuantur. Vel siquidẽ obstructio, vel raptus bilis, ad superiores partes, pertenuem, & albã debilem in vrinæ viis calorem contineri, osténditur, vti per sensuum imbecillitatẽ, quemadmodum per crassam cõturbatã, albã; ingentẽ pituitæ copiã, in ipsas vrinæ vias confluxisse, quæ nullam in delapsu coctionem admittens: sic omnino alba & turbata mingitur, non tátũ ex vicinis vrinæ vasis, sed etiam ex toto corpore, manifestũ est. Quod si nerueæ pro pagines; cũ ipsa sic eijcitur, ita frigidis oblæsæ fuerint succis, vt conuulsione præmantur, in obscurum est hác vrinã ex eorum humorũ defluxu, ex accidenti, sic incoctá, albamq eijci, proferre: & ex consequenti, similium humorum per vrinam excretionem, optimũ in cõuulsis portendere signũ: nimirũ affectus causam sic detrahi, perspicuũ est. Sicut diuerso, eádẽ in acutis biliosis affectioni-

bus, malã, teste Hip. 2. se, li. 1. præ. 18. sen.

De alui profluuio conuulsionem præsinięte.

Sæpissime alui pro fluuio ex pituitosis subsecuto humoribus. cõuulsio medetur. Nã quemadmodũ post ingentes euacuationes, cõuulsio peroritur, & curationẽ difficulter admittit, vt antea dicebamus vnde acutissima ac maxime pnitiosa à Gal. nũcupatur: itaque per morborũ initia, ad repletionesmagis cõsecuta cõuulsio est, neq. acutissimã, neq. similiter periculosa: quoniã vacuationibus medetur. Exinde rectissimæ ab Hip. assertũ fuisse, cõstat: dũ repẽtinas cõuulsiones, alui fluxu mederi ꝑtulit. Nũ etiã vrinis multis, eodem loco, cõuulsionem solui asseruit in conuulsionibus, inquit, vocis interceptio diu durãs, mala est: parua vero, aut linguæ syderationẽ, aut brachij, aut dextrarũ partiũ signifficat: soluitur autẽ vrinis multis, acerbatis, de repẽte prodeũtibus. Quas albas eijci, ex multitudine, & expellendi celeritate eas calorem nec coquere, nec colorare potuisse, computandum, & arbitrandum est.

5. Aphor. 70. cõ. 1 prædic. sec. 3. 69. co. cõuulsio a ab inanitione insanabilis. 5. apho. 1. com. Lib. d coac. præn.

Nec nõ sanguinis p nares effluxus, cõuulsionẽ soluit. Dũ inflãmatũ neruorum principiũ, cõuulsio cõseqtur: vel simul cũ sanguine, alicuius humoris copia neruis

sãguinis p nares fluxus cõuulsionẽ soluit.

uis infarta fuerit: tunc enim plethorā fluxus is detrahēs, talis cōuulsio. quæ ꝑ morborū, vt plurimū initia exoritur, 1. præd. 3. 69. com. Gal referente, præfinitur.

Eandē ex pletora nimirū alicuius humoris cū sanguine, cōuulsionē, sanguis ꝑ aluum effusus pituitosis, vel melācholicis excretionibus admixtus, curat: dū hæc moderata vacuatio sit: aliter enim cōtrariā cōuulsionē efficere valet, longe priori, letaliorē. Quā tamē in his, qui prius ex obturatione conuulsionē passi sunt, in eodē affectu fieri valere, in obscurū est ꝓferre: & experiētia docuit, ex repletiōe īitio morbi neruos cōuelli, quā dinceps vacuatione curari, ac demū magnis vacuationibus confertim subsecutis, ex inanitione cōuulsionē oriri posse

Sanguis per aluū effluxus idē facit

Deniq. conuulsioni, rigor medetur: nā cum per rigorem bilis per vniuersum corporis habitum diffundatur, frigidam neruorum affectionem, calore contēperat, & agitatione sua crassum discutit, ac expellit humorē. 5. aphorismorū. 70. cō. Gal. id cōscribēte. Exinde merito Hip. 1. præd. asseruit. Tremores cōuulsorij, oborientes in sudorib⁹, reuerti solēt: indicatio his euenit, vbi superriguerint. Superri-

Rigor demū conuulsionē curat.

sec. 3. 13. sen.

gent aut hi, prouocato in ventre ardore. An similes tremores cum sudore redire valeant: cum hi non parum cõuulsoriis motibus respondeant, redire consueuerunt: vt siquis cum sudore, magnum frigidæ aquę potum bibens, aut fluuiũ trãsiens, veluti tremoribus conuulsoriis affíciatur, ac rursus valido exercitio, his finitis motibus · simili occasione in eosdem incidat. Pari quoque via, in morbis ipsa natura, per sudorem nonnullos excernens succos: & frigida aqua sudori tunc obuians causa, motibus his naturam affíci, facere quit. Ac quoties ipsa incidit simili ratione, idem perficit. Sine sudore vero, quoniam validam insinuant sui ortus causam, non redire consuerunt: neq. cum tremores, facti fuerint cõuulsiones, vt transtulit Gale. quoniam semel conuulsiones facti, neque iterum fiunt tremores, nec iterum in conuulsiones desinunt, vt rursus rigores fiant: cum tot natura ferre mutationes nequeat. At vero Hippocrates non dixit tremores, cõuulsiones factos esse, ac reddire consueuisse: sed tremores conuulsorios, hoc est nõ integre conuulsiones redditos, sed admixtos nonnullis inuoluntariis cõtractionibus

Extrãslatiõe Iani Cornarii, & sic etiã lib de coac. præn. hæc describitur sen.

bus

bus redire: atque hoc nō difficile est creditu, quemadmodum cōuulsorij motus sæpe in neruis agitatis humoribus redire vel sæpe effici consueuerunt. Sicque a calumnia Hippocra. textus defenditur. His igitur tremoribus cōuulsoriis, rigor contingens calore curatur.

Nunc ab obstructione ventriculorum cerebri, nnuc ab intempe rie eorundem comitialis exori tur affectus.

Vndecimus Canon.



VM ex conuulsionū genere epilepsia sit, merito post cōuulsionis enarrationé, de ipsa consequenter disputatur, quæ vniuersū corpus conuellit, mētemque offendit. Ex quibus vero causis ortū trahat, nondum id ab Hipp. Gal. aut reliquis hactenus perspicue conscriptum esse reperitur. Nam com. 6. epid. Hip. melácholicos, magna ex parte epilepticos fieri dixit: non quidem vtrum ab obstructione vel intéperie, vel a crassis succis, an ve

an vero a tenuibus, mordacibusque affe ctus is prouenisset distincte protulit. Sed an ab omnibus his eadem sententia, ipsum oriri Hippo. asseruisset, paulo inferius enodabimus. At vero Gal. 3. de loc. aff. nunc solum a crassis, viscidisq; humoribus, quod subita meatuũ obstructio, id abunde insinuet, nunc etiam a mordacibus succis, nunc a flatuosa item essentia, ad cerebrum veluti aura quadam delata comitialem exoriri affectum, variis eiusdẽ li. lo. describit. Quod si cõuulsio est cum Hippo. vel ex replectione, vel inna nitione fieri morbum hunc, necesse est: at non ex innanitione referente Galen. nam subito fit, ac tam breui tẽporis mora fieri nequit, vt vel cerebrum, vel tenuior eius membrana, ad tantam perueniat ariditaté, vt corio simile quippiam pati videatur.

Ex Galeni igitur placitis manifestissime constat, semper a repletione ventriculorum cerebri, comitialem affectum oboriri: tum ex his quæ diximus: tum etiam, quoniam semper a crasso humore ipsum fieri affectum, eodem asseruit lib. verum ab eadem obstructione eum fieri non negamus: sed non perpetuo sic con tinge

idest, ab obstructione.

tingere in altera parte referemus. Nã propterea hi sensibus omnibus destitui conspiciuntur, quoniam a crassis his succis spiritus animalis ductibus obstructis animalis ipsa facultas, ad nullũ sensorium instrumentum, vim suam impartire valet: ac non id tantum prævalida viarum obstructio efficere quit: verumetiam animæ potẽtias impedire omnes: quod priores saltim cerebri ventres sint obstructi. Hæc quidem obstructio epilepsiam generans, neque in omnibus cerebri cauitatibus fit: neq. in medio & vltimo etiam si id Gal. docere videatur. Dum melancholiam, aut pituitam in cerebri ventriculis detentam, siue inquit, in medio, siue postremo comitialem efficere morbum scripsit.

At vero nõ in omnibus simul eam fieri obstructionem, vel ex eo facile cõstat, quoniam tunc, non epilepsia, sed apoplexia, affectus nimirũ eos oẽs occupans oriretur. Cum autẽ. 4. de loc. patiẽ. Gal. sic inquit. Atque in sopore anterior pars magis, in apoplexia, et morbo comitiali vtraq. afficitur, perpetuo verũ est de apoplexia assertũ: propterea enim hi, qui sic affecti sunt, sensu motuq. destituũtur.

Quod

Quod tam anterior quam posterior cerebri pars, crassis ac viscidis tũc referta sic humoribus: proindeq. omnibus his locis obstructis (nullam innato calido viá per quam exuperantem ipsum obstructionis succum excernat: morbi causa relinques) nulla vti in epilepsia cõcussio sequitur. Non tamen idem de epilepsia referri valet: etenim minoré multo ipsius obstructionem (vt sic referã) esse plura indicant. Epilepsia equidem, motũ nequaquam demit, sed vitiatam motioné parit: apoplexia vero motum tollit: illa cito præfinitur: & in pristinam saluté vniuersum reducitur corpus: hæc quidé cito interficit: illa complurimis cedit auxiliis: hęc vel rarissime aliquo, vt plurimum nullo rursus si medium aut vltimũ ventres per epilepsiam, obstructio occuparet? quod difficillima sit ab his locis humorum discussio, statim post accessiones: non omnino expulsis his humoribus, sed ibi detentis, nonnihil offensa mens, quoad mémorandum, ratiocinandumque, conspiceretur. At vero non his ita euenire, semper experientia docet. Statim enim præfinita accessione perfectis tum memoria: tum ratiocinatione epileptici constant

verum

verum non omnino clara ac perſpicua imaginãdi functione vti vidẽtur. Quod apertum exhibet ſignum præceſſam obſtructionem, tum magis cerebri ventres anteriores occupaſſe, tum propterea magis aſſertam functioné oblęſiſſe: reliquos vero ventriculos, aut non attigiſſe, aut nimis parum: quod vt dixi per ſeruatum motum, & ſubitam adeo craſſi, & a vulſu difficillimi ſucci expulſionem, ac demum omnino inculpatas nobiliores animæ potentias, poſt tranſactã inuaſionem relinqui. Minus vero præcipuam, in anteriori cerebri parte: ideſt opportuno magis offenſioni loco conſtitutam, non nihil confuſionis, varietatiſq. ſuccepiſſe, copioſe demonſtratur.

Nõnihil his imaginatio offenditur.

Quemadmodũ enim anterioribus cerebri ventris, ſemel integre obſtructis, ad medium & poſtremum ventriculos, alimentum deferri nequit: ita pariter, nec ex poſterioribus his ad anteriores ratiocinandi, memorãdiq. vis impartiri, eiuſdem obſtructionis cauſa valet. Et quæ iam in ipſis anterioribus aderat per interuallum adimitur. Non enim medius, aut vltimus tũc obſtruitur: nã ſi ſemel adeo craſſus, ac viſcidus humor, poſteriores

eos occupasset ventres, non adeo velox eius fuisset discussio duplici nomine, tũ quia humor is, sit auulsu contumax, tum in locis ab excernẽdi ductibus alienissimis, accidens, tarduis multo quam qui in anterioribus contentus est, expelleretur, tum etiam eisdem posteriori bus cerebri ventriculis, ab asserto humo re non integre expurgatis, nõ raro ab eodem mẽtem offendi (quod is animali spiritui qui aut anima est, aut eius habitaculum, non parũ natura coutrarius existat) tum quidem qualitate, tum substãtia, & modo substantiæ contingeret. Impossibile quidem est dignissimis his media & vltima cauitatibus, a crassis, frigidissimisque semel obstructis succis, adeo subito, & integre ab eis liberari, constantemq. velut antea mẽtem relinqui: sed referendum potius est, priores cerebri cauitates offensionibus, ex affluentibus succis obortis, magis opportunas, & prius, & citius oppleri succis, quod in his venæ, ductusque omnes latiores quam in reliquis ventriculis sint: proinde pariter ab eis cito expurgari.

Spiritus tenuis calidus: humor crassus frigidus. Hic motioni destinatus: hic ad motũ tardissimus.

Quod si quis cum Galeno importune his insistat, contendatque si non præcipue

Gale. opinio refellitur dũ

pue mediũ & vltimum in comitiali affe ctu læsis obstrui, leuem tamen veluti ob structionem pati esse perspicuum: eáque ex aliqua, licet minima illius crassi succi portione ab anterioribus omnino ob structis, ad posteriores accedente, obortam fuisse. Id non negabimus, si adeo minima ea humoris sit quantitas, vt neque vere sedes eas obstruere, neque animali spiritui offensam aliquam inferre possit. Aliter enim potius apoplexiam inde adnasci: quod hęc ipsas omnes pręoccupet cauitates proferemus.

iquit mediũ siue vltimũ ventrẽ ĩ epylepsia ob-strui.

Atq In sopore dicebat Galenus. 4. aff. lo. anterior ps magis in apoplexia & morbo comitiali vtraque afficitur.

Atque hęc de affecto epilepticorum loco, ex morbi ac causæ eiusdem natura perscripta diximus, dilucidauimusque: nunc quoniam ad eandem enarrationis partem, vbi de epilepsia ab obstructione orta loquimur, quoque pertinet: an senes in epilepsiam incidere possint breuiter referamus. Occupat, inquit Paulus, hoc morbi genus maxime pueros, eosque adhuc paruulos, deinde vero adolescentes, & iuuenes, minime senes, & decrepitos, quam sententiam sequuntur Celsus Aurelianus, Altomarus, & nõ nulli alij, cuius rei multam demõstrationem, nec apparẽtem rationem exhibẽt.

Lib. 3. cap. 13

Celsus, lib. 3 cap. 4. & Altoman. 1. cap. 8

Licet

Licet enim hunc morbum puerilem vocet Hippo quoniam magis, faciliusque pueri, reliquis in ipsum incidere affectũ solent, vt ex. 3. prognos. 36. sent. constat. Attamen si ipsis ob excrementorum humidorum copiam, & neruorum tũ molliciem, tum debiliorẽ calorem facillime conuulsio euenit: propter contrarias vero causas, viris difficillime accidit: nam & hi minus humidis excrementis abundant, firmiorem, solidioremque substantiã continent. At vero senes, quibus cum pituitosa excrementa non pauca insunt ex Hipp. lib. de natura hominis, ex Galeno in quodam fragmento dogmatũ Hippocratis, ex sermone. 99. Ioannis Stobæi, vt id facile ex plurimis aliis locis percipitur, tum ob innati etiam caloris defectum quã maxime imbecillissimos neruos, ac vniuersum obtinent corpus: propter quod facillime in epilepsiam incidere apertum est: ac non raro idipsum percipimus. Nam si ab eadem assumpta occasione, appoplexia, & morbus comitialis exoriuntur magnitudine morbi, a maiori humoris quantitate producta distincti, & senes facillime in apoplexiam incidunt, quoniam partes occupat attinentes

nentes, in ipsis facillime refrigerãtur, & quia multæ in ipsis fiunt superfluitates, cum iam satis frigidam cerebri habeant temperaturam .3. aphoris. Gal. referente, quid ni ab eadẽ causa, sed in minore quã titate offensi in epilepsiã senes incident? vel quid ipsum prohibeat, nequaquã docent. Quod si referãt, senilem ætatẽ non proprie frigidam & humidam esse, sed sicciores tunc temporis fieri partes, & ab aliquibus, ob excrementa in ipsis acerbata, huiusmodi ætatem frigidam, & humidam appellari, in eodem com. Gale. proferente, proptereaque non esse comitiali subiectam morbo. Si hoc ita est, cur in apoplexiam adeo facile senes incidunt, & in epilepsia non inciderẽt? Nulla quidem est causa, idipsum prohibens, nisi hæc quæ plus reliquis rationi cõsentanea cernitur. Nam cum senes frigidam admodum cerebri temperiem habeant, plurimamque pituitosæ superfluitatis colluuiem in capite exaceruẽt, si semel ipsa excremẽta ventres cerebri obstruxerint, frigidissima eiusdem temperies epilepsiæ concussiones, eosq. motus ingentes fieri prohibet. Nã si semel ea via, per quã innatus capiti calor tũ ali, tum ro-

borari solet, obturata fuerit, repente pau cissimus hic per obstructioné suffocatur calor: ac si non integre amittitur, præimbecillitate tamen, humorem viscidū (nullam concussionem cōcitare potēs) discu tere non valens, apoplexiá inde generari necesse est. Itaque vel subito calor amittitur ille, vel ad conuulsorios excitandos motus impeditur. Siue igitur ob imbecillam ipsius caloris vim siue ob ingentem talium recremētorum, in ea parte contētam copiam, senes ipsos facilius apoplecticos q; epilepticos fieri cōstat. Verū vbi non ingens copia, non satis imbecillo senum cerebro confluxa fuerit non impossibile erit, conuulsiuos tunc excitari motus, quod aliquātum valida sit natura, nōnihil crassi cōtenti succi discutere potens: sicq. epilesia ipsa lędetur.

¶ Secunda canonis pars exponitur.



VM hactenus de epilepsia, quæ ex obstructione ortū ducit, commode disputatum sit: nūc, an ex intemperie aliqua epilepsia generetur, perscribere decreui.

Vide

Videtur tamen id, omnino Gal. placitis alienũ cũ lib. affect. partiũ. 3. cap. 7. exinde colligat a crasso, viscidoque humore ipsum oriri morbum, quod et subito fiat, ac cito eius præfinatur accesio: nũquam tamẽ ab cruditate ipsum fieri, quũ adeo prompte cerebri mẽbranam exsiccari, vt corio simile quidpiam pati videatur, impossibile esse cõtendat, referatq. propter eaq. semper ex humoris præsertim crassi affluxu, nunquã vero ab intẽperie, ipsum adnasci affectũ protulit. Sed si bene rem hanc perpendimus, nullã ex his, vel probabilem rationem dedit. Non enim quia crassus, ipsum efficiens, humor sit, subito confluet: neque quoniam viscidus prompte refluet: cum eius natura, cuiq. subitę motioni sit aduersa. Nam si adeo viscosus is humor semel imbecillo cerebro adhæreat, creditu difficile cernitur, vt is subito, prompteque ab imbecillimo illius loci calore discutiatur, dissipeturque. Nec econtra, si ea breuitate dissolueretur, excerneretur que viscidus esset: sed talis quidem naturæ sit oportet, vt cito confluens, prompte refluere valeat. At vbi crassus (qui ex natura auulsu difficillimus est,) ad cerebri cauitates

3. de loc. aff. c. 7. et. 2. d̃ sympto. cau. in fine.

fuerit deriuatus, duplici demum causa subito discuti nequit, propter humoris quidẽ naturã, ac loci ipsi⁹ imbecillitatẽ.

Si vero cum Gal. referas, crassum succum, vel minima mole cerebri vias, ductusque cito obstruere posse, tum cito discuti valere, asserendum est, neque paucũ humorẽ ductus animalis spiritus impedire posse, neq. multum ab ambecillo capitis epileptici calore dissipari valere. Atq. nõ multũ cũ humorẽ, sed ad obstructionẽ hãc, quãtitate, & natura aptũ esse quis contendat, huncq. cito discuti referat: neq. hoc illi condonandũ est, si omnino frigidũ, crassũq. assimilẽ appellet humorẽ, sed extraneũ calorẽ afferẽs, atq. naturali simul ad intus, expulsioni destinetur: quippe & loci angustiæ & humoris auulsu difficultas, ipsum prohibent.

Vti ĩ his qui ob æbrietatẽ in epilepsiã incidunt.

Quod si ea epilepsia, quæ ob similem crassum succũ fit, neq. a multo, neq. omnino frigido eo humore cõgignitur, nõnullũ extraneũ, secũ deferẽs calorẽ, maior ratio erit, vt epilepsia ea quæ ob tenuem quandã auram ex stomacho cerebro delatam, in biliosa natura, et propter exuperantẽ calorẽ contingens, qualis in grãmatico illo fieri solebat, a sola ea intem

temperie, quæ tunc cerebri ventriculis fuit indita generetur. Dum ab asserta igitur qualitate offensis cerebri ventriculis is oritur affectus, ab intemperie ipsum potissimũ adnasci manifestũ est. Neq. enim aliud partes eas tũc cõstringit, coarctatque nisi calida ac sicca simul intẽperies ex cõfluxa ab inferioribus locis mordaci qualitate, in cauitatib⁹ his, magis quã in cerebri substãtia producta. Nam licet ab eo etiam affectu mẽs lędatur, siue cum obstructio, siue intemperies in his adfuerit cerebri substãtia simul oblæsa, tamen non parem patitur oblęsionẽ: nam cum in cerebri corpus infirmitas repit, deliriũ non vero conuulsionem efficiet. Igitur intemperies ea calida ac maxime mordax, quæ ferina deliramẽta inducit, non minus comitialẽ affectum infert, in ventres cerebri, humore cõuerso, atq. crassus & frigidus humor, qui melancholiam efficit, conuulsionem hanc efficere natus est: ad cerebri ventres morbus irrepens. Quod abunde docuit Hippo. cum sic retulit. In furiosis conuulsio accedẽs dissipationem facit. Quoniam nimirum atter, mordaxque succus insaniam pariens, ad ventres, neruosque conuersus, Lib. de coac. part. 3.

 mi-

minus cerebri ſubſtantiā afficiat: multo quidē minus ab epilepſia, inde exorta q̃; a furore cerebri corpus oſſendi licet. Horum autem aſſectuū viciſſim mutationē ſubſequi, prout ad alterā vel alteram partem humor inclinarit: clare quoq. idem oſtendit. 6. epid. dum dixit. Attrabiliarij etiam morbo comitali plerumq. corripi ſolent & viciſſim comitiales, fieri ſolēt attrabiliarij. Quo in loco omnes attrabiliarios, inſaniētes cōmuni nomine melācholicos nominauit. Non quidē hi, ſpecie: ſed affectus intenſione differunt, ac pro maiori, minoriq. humoris aduſtione ſic redditi. Idem quidē Gale. qui, 3. affec. cap. 5. attrum, a melancholico diſtinguit humore, ſequenti cap. inueſtigādo, vtrū cerebrum ſolum per hanc affectionē, an totum ſimul corpus eodē humore oblæſum ſit, ſic inquit. Aut enim aliūde in cerebrum deriuatur, aut in ipſomet melancholicus ſuccus genitus eſt: cum videlicet internus calor, aut flauam bilem, aut craſſum, attrū que ſanguinē ſuperaſſauit. At ſuperaſſata bilis ex anteriori Gal. ſentia nō melancholicū ſuccū, ſed proprie attrū ac proprie furorē inducit: ergo non raro idē Gal. flauā aduſtam bilē, melan-
cholī

cholicum humorem apellat:& quemadmodũ nominationẽ cõfudisset humoris, ita & morbi, sed morbus deniq. is, vnus est intensionẽ, nomẽq. varium, ab humoris varietate, præassationeq. accipiẽs, vt ex his quę consequenter asseruit, perspicue decipi valet. Vbi vero solũ cerebrũ infirmum, quod ad hanc affectionem attinet, sanguinis detractione non indiget. Igitur ex quocunq. prędictorũ humore, affectio hæc oriri valet. Quod si per affectionẽ hanc, melancholiam solã, non vero melancholicũ furorẽ, intelligeret: falsam sententiam ipse describeret, dũ a flaua adusta bile, melancholiã adnasci posse assereret: vt ex humoris natura coniectura licet: quæ cũ mordax sit non propriã melancholiã, sed ferinã insaniam generat: exinde merito Trallianus li. 3. c. 7. nihil aliud insaniam, seu furorẽ esse referebat, quam intensionẽ melancholiæ, ad maiorem feritatẽ. Dicũtur igitur ab Hippo. attrabiliarij, melancholici, vt intelligamus non simplicẽ, seu particularem melancholiã tũc ab ipso describi. Sed de his attrabiliariis tũc locutũ fuisse qui insani, siue dementes sunt, cõi appellatione meláncholici dicti. Vt eos ab iis distin

gueret, qui licet attrabilarii existant, non delirant, neque mente moti sunt, neque conuulsionem patiuntur: sed multi ex his ingenio pollent, ac firmissimã neruorum facultatem obtinent: & si in cerebri corpore, ventribusque huius succi

Epilogus.

præualeat temperamẽtum. Quod si mordacissima flauę adustę bilis qualitate cerebri corpus offendẽte, insania gignitur, plus a mordaci ipsius qualitate, quã ab humoris copia corpus cerebri offẽditur. Nam neq. per duplicatam pituitã, neq. per maiorẽ melancholiæ copiam, sic ipsum affici quit, nisi prius putrescat, vel aduratur, similemq. exinde qualitatem, vimq. recuperet. Et deriuato affectu ex cerebri corpore, in ipsiusmet ventres comitialis oritur affectus. Ventriculis ergo his potius a mordaci ea et maligna qualitate, quã humoris quantitate quoniã ea non ita magna est, vt vẽtres eos obstruere valeat, vtique vel minima corpus ipsum ita offẽdit, oblęsis comitialis exoritur affectus. Nimirũ per mordacem eam, siue calidissimam, attramq. qualitatem, aut intemperiem, viæ illæ constringuntur, coarctãturque: quarũ igitur clausis, non per obturationẽ, sed per intẽperiem

sequ

ſequitur morbus quidem ſimilarium partium prius, deinde ipſarummet: quatenus inſtrumenta ſunt, exiſtens.

Atque ſi mordax ea atri ſucci qualitas, non partes eas ita conſtringere valet, vt omnino animalem ſpiritum, quo minus exire poſſit impediat, tunc enim potius apoplexia, quam epilepſia fieret, ſenſum, motumque exinde corpus amittens: propterea quidem ipſa amittit, ſed non nihil ductus impediat, impoſſibile eſt, per minimam ipſarum partium, conſtructionem, & ſpiritus motum impediri aut cōuulſiuos oriri motus. Quippe calidiſſima, ac maxime mordax qualitas parum contingens, tamen non parum internum ibi contentum ſpiritum diſſoluens, inſitamq. humiditatem diſſipans: potius ab inanitione ortam epilepſiam generaret, quam à repletione obſtructioneq. Huius quidem qualitatis, difficilius opus eſt, magnā illarum partium coarctationem perficere, quam ſpirituoſæ cuiusq. ſubſtantiæ diſſipationē peragere. Vnde non ſolum ab intemperie epilepſiam fieri: ſed quod difficilius videtur quaſi ab inanitionę exoriri, non nunquam, illius Grāmatici teſtimonio

aper

aperte cōprobatur.

1. Dubium. Solutio.

Si epilepsia ab inanitione vnquā oriretur, quid natura tunc per concussiones eas expellere conaretur? Dicimus tenuē illam auram, siue paucissimum illum humorem ex stomacho sursum delatum, mordaci qualitate refertum, naturalis quidem facultas non tantum quod quātitate, sed quod qualitate etiam sola, partem aliquam corporis contristat, expellere tentat.

2. Dubium.

Id est si nullo succo sint participes.

Quod si res ita se habet: vti cerebri mēbrana, prompte adeo exsiccari licet, vt cori similis videatur, sed nō adeo ob huiusmodi conuulsionem, partes eas exsiccari cōuenit: vt siccissimas, quales corij adesse solēt, reddi oporteat. Nā ea ratione, non admotum pronæ, pręcipue ad epilepticorū ipsum concitatissimum, vehemētissimumq. immo potius immobiles, ac emortuę cōspicerentur. Cū nullus absq. insita ea humiditate calor, cōmunis actionū opifex, in ipsis possit asseruari locis. At si non integra ipsorum, ad epilepsiam, exsiccato subsequi conuenit: sed nonnulla qualis per mordacem aliquē succum fieri assolet: ac huiusmodi causam epilepticis per sæpe conspicitur

tur. Vnde non raro ab intemperie, inanitioneq. comitialis oritur affectus.

Ac demũ si eã cõuulsionẽ, quæ asſũpto elleboro exoritur, in eam quæ ex inanitione fit, Gal. reducit: cum humores mordaces vim habeãt exsiccãdi, eadẽ quoq. ratiõe, omnis epilepsia, quæ ob biliosam mordacemq. quãdam auram, ex cõsensu stomachi, in cerebrum delatã, producta fuerit, inanitione potius quam repletiõe exorta dicetur. Cuius in obscurum testimoniũ in adolescẽte exhibuit Gale. 12. met. cap. vult. de illo enarrans, qui æruginem vomuit. Cum deniq. 2. aphoris. 45. com. & lib. 5. aphoris. 70. com. & 3. de loc. citato. cap. comitialẽ ipsum affectum nõ, nisi à frigido, ac viscido humore, id est à repletione, oriri scribit: tunc de eo, qui per essentiã cerebri primo oblæsam, fieri contingit: non vero de conuulsione, quæ ex consensu alterius partis oritur, intelligit: quippe hęc vt antea diximus: nunc à repletione, nunc ab inanitione, veluti saliendo per interualla etiam: atq. ea, quæ per essentiam fit, affligens, vniuersum corpus conuellens: ac principes functiones prohibẽs, ꝑ oritur.

Ex quibus ea elucescit obscura Gale. sentẽ-

5. Aph. 1. cõ.

Eodẽ. 1. cõ. 5. aphonsm

Ne aliquis non esse verã hanc epilepsiam referat.

ſententia ſic cõſcripta. In ſopore, & morbo comitiali ventres magis, cerebri corpus minus: in apoplexia, corpus magis affici ſolet. Clarius autẽ ipſe loqueretur ſi in apoplexia, tum cerebri ſubſtantiam tum eiusdem cauitates, plusquam in ſopore, & epilepſia offendi ſcriberet. Vbi vtrumq. morbum, non tantum in inſtrumentariarum, ſed etiam in ſimilariũ partium ſtructura conſtitui, vnde etiam in intemperie, clare demonſtrauit. Quod & ſi prima fronte à ſola intemperie, ſiue obſtruentis humoris affluxu fieri epilepſiam Gal. negare videatur, minime tamen efficit, vt præhabita cauſarum epilepſiæ partitione compẽdioſe referebã.

SCHOLIVM.

QVod ſi nõ ſemper obſtructione ſed intemperie non raro is exoritur affectus, non parum hi aberrare conſpiciuntur, qui in epilepticorum omniũ curatione, medicamenta quæ obſtructionem diluere valeãt: ac alimenta, quæ attenuantis dietæ rationem obtineant, deſcribere ſolent: vim morbi accuentes, cũ

hæc

hæc mordacem magis atrum ipsum effi-ciant humorem: vnde intemperiem mor bum generantem, augeri sit notum. Variandam itaq. ipsius curandi methodum pro varijs scriptis causis itidem sit manifestum.

Solet non raro syderatio, sensum motumq. citissime demere: ac nonnũquã fortis curari solet. Duodecim9 canon.



Mnis apoplexię descriptio difficilis, ac nõ parnm dubia extat: vt in eius officiẽdi ordine, signis, causis prognosticis, ac deniq. curatione: quam varia, pluraq. ab omni optima medicina, quæ de hoc morbo scripta ad sunt, id perspitie ostẽdunt. Primum quidem, à quacumq. apoplexia, subito corpus sensu, motuque destitui, non paucos, cum Gal, id asserere perspicimus li. quidem aphorismorum. 2. 42. com. 3. &. 4. aff. lo. 2. de symp. cau. ac plerisque aliis in lociis id descripsit. Licet aliter ab Hippocra. assertum fuisse nõ vnico, sed in Expositio.

in pluribus quoque libris constat.2. quidem de morb.li particula.9.&.3. ď mor. particula.3.sic ille refert. Qui icti ac syderati esse dicũtur, quum cerebrum multa immũdicia vitiosorũ humorũ repletũ fuerit, anterior capitis pars, primũ dolorẽ ipsis exhibet, & suspicere nõ possunt aliqui ambobus oculis, aliqui altero, & sopor ipsos tenet, & desipiunt, & tempora saliunt, & febris tenuis habet, & corporis impotentia. &c. Quo in loco non tantum sensum & motum, nõ subito in quauis apoplexia depelli, docet: vbi ex dolore, desipiẽtia, & reliquis ibi descriptis symptomatis colligi valet. Verum etiam posse curari: ac quibus, & quando id liceat, exacte compendioseq. dixit.

At non his tantum locis, id prædixit Hip sed primo etiam prædic.sec.2.50.senten.his confirmat verbis: subitaneis apoplexiis, si febris, inquit, mediocris, solutaq. & diuturna superuenerit, perniciosum, vt Numenij filio.

Vbi dari aliquas apoplexias non subitas, posse curari, ac quibus id cõsequi valeat in genere, exemplo febris depinxit. Quæ nisi acuta sit, nequaquã apoplexiã soluere potest: cũ diuturna, hoc est lẽtis humori

humoribus oborta, in subita, siue forti syderatione, non eam discutiendi euacuādiq. vim, quam nimirum exacerbata tūc in capite, frigidi crassiq. succi multitudo exigit habens, id nō perficere poterit Sed potius pernitiosum exhibere præsagiū, ab vtrisq. quidē morbis simul corpus oblæsum, citius moriturū. Sed id nō in omnibus apoplexiis, malum portendere signū, iā Gal. docuit in com. Ex his ergo quæ hactenus referta sunt, à Gale. semper subitā apoplexiā fieri vnde prōpte ab ea sensum, motumque amitti: ex Hip. vero non sic semper ipsam oblædere corpus, abunde constat. Quē autē horum, pro huius morbi dignotione insectemur, non aliunde id consequi possumus, quā ex eiusd affectus causarum dignotione: hęc quidē nobis in obscure insinuabūt: aut semp subito sensū motūq. totius corporis dmere valeāt cū morbi magnitudo causę magnitudinē cōsequatur, vel ipsomet Gal. citato cō. referēte. Ad duas igitur in genere causas eas Gal. reducit, ad inflāmat onūaffectū & ad pituitosū humorē, vt sequēti sen. patebit.

Apoplexiæ fiunt, aut propter aliquā affectionē similem inflāmationi, quæ ipso 2. Apho.42. co.

cere-

cerebro ſit conſtituta , aut ventriculis ipſius oppletis humore pituitoſo.

Obiectio. Liquet vero ex his,à quocumque humore,cerebrum imbuente , apoplexiam generari:cum ex omnibus ſuccis,inflammatorium aſſectum fieri,ſit perſpicuum. Quibus contraria ſcripſerat.2.de ſym. cau.cap.vl.vbi ex profeſſo rem hāc narrans, ob ſolam multam pituitam , apoplexiam fieri dixit : nullamq. intemperiem , ſubitam apoplexiæ mutationem efficere poſſe, aſſeruit:eſt autem talis ſententia.

2.de ſymp. cau.cap.vlt. Apoplexiæ & epilepſiæ ex pituitoſi ſucci multitudine, in ipſius cerebri ventriculis colecta gigni videntur,rurſus inquit. Eoque fit vt ſubitanea eorum ſit, tam generatio,quam diſcuſſio:quod accidere in corporū intēperie , nullo modo poteſt.

Obiectiones Quod ſi ex multitudine ſola pituitæ, apoplexiam fieri aſſeruit: cur in libro aphoriſmorum ex aliis quoq.humoribus ipſam adnaſci prædixit? Deinde ſi ex aliis,cur ſolam pituitam adnumerauit: tū ſi per imfamatorium affectum , apoplexia fit: cur in corporum intemperie , id nō accidere poterit : ad quod difficilius

refert

refert,nullo modo in corporum intemperie, ſubitam mutationem fieri poſſe: cum nihil citius promptiusque vlli corporis parti euenire, quam ipſa intemperies valeat. Ac demum ſi ob pituitã multam ibi acerbatam,cur.3.aff. lo.etiam ob melancholiam fieri ſcripſit & quod obſcurius eſt,lib de ſanguinis miſſione, ab eo hæc deſcribi verba.

Sed & nõ nũquã prius quã putreſcat, ingens ſanguinis vis in partẽ impetu decũbẽs: aut ꝓrſus eã extinxit, vt actio interiret;aut certe non contẽnendã noxã induxit:nã hoc pacto apoplexiæ proueniunt,multo nimirum ſanguine in principium animantis, confertim incumbente:nã vbi in aliam partem præceps ruit, tumorem inibi præter naturã efficit, ex hoc genere eſt phlegmone.hactenus ille

Lib. de ſanguinis ca. 5.

Ex quibus auctoris verbis manifeſte percipitur,ad vnicam ibi in genere cauſam,aliis hactenus deſcriptis diuerſam,reliquas apoplexiæ cauſas reduxiſſe: nimirum ſanguinẽ,copioſe,& cõfertim in caput affluxum.Tum etiam exinde liquet non ſolum ventriculorum cerebri, ſed ipſius quoq. ſubſtãtiæ apoplexiam morbum eſſe:cum impoſſibile ſit, tum pro-

R pter

pterfluxionis vim insignē, qualis in syde rationis initio euenit, tum propter qualitatē humoris affluentis, quæ cū vitiosa sit oporteat, loco læso cōtrariā ipsum cerebrum nō offendi: atqui si offenditur duplex iā cōstituitur morbus; alter similarium qui intemperies propriæ dicitur: alter instrumentalium partium, qui obstructio ventriculorum cerebri nominatur. Demū ex Gal. asserta sen. hoc quoq. tertium desumitur non in cuiusque apoplexię principio subito sensum, motūq. demi quippe, si cū repēte incūbit sanguis siue is multus sit nō omnino, actionē loci, quo fluxit tollet: & hoc pacto apoplexia fit ergo nō semper apoplexia, saltim per initia omnino actionē partium tollit. Constat deniq. non aliunde, quā ex eiusdem Gal. placitis, assertam demōstrari propositionem.

Adnotatio cū Gal. 3. aff. lo. causam apoplexię non posse esse totius substantiæ intēperiē cōcedimus nūquā sola intēperie huius affectus causā dici posse: sed simul cū obstructiōe intēperiē adesse verba Gal. ostēdūt cū inflāmatorios affectus sydera tionis causā sæpe fieri dixit, tum id confirmat a nobis allata in enarratione demonstratio.

An vero sanguis benignus humor, nostræq. naturæ familiaris, vehementē affectū qualis apoplexia est, efficere valeat: non satis constat nisi referas: affluxum sanguinē nulla ratione secundum naturam existere, nimirum immodico frigore, aut calore, de loco in locum diuagaritum si eundem multum, loci quo fluxit

xit innatum suffocare calorē, indeq. frigidos affectus posse producere. Sic igitur apoplexia, quātumuis calidissimū, multumq. per initia sanguinē, vt causam habuerit: ea tamen prohibita transpiratione, ac spiritus deniq. contenti latione, frigida redditur, vehemētē obstructionē constituens: ac tandem vltimo, actiones omnino partium auferens. Quod si ob eximiam loci constipationem, obstructionemq. eiusdem partis, ac affluxi humoris amittitur calor: necesse est, cōiunctā apoplexię causam frigidam omnino esse: cuius humoris integra frigiditate; vt sic referam, omnino sensus motusque partis demitur. Melius igitur loqueretur Gal. si ad vnicā causam, eamq. morbi cōiunctā, reliquas redduceret omnes: cum ipsius frigidi succi naturam subeuntes, talem affectum gignant. Quod si in initio morbi, in subita ea succi fluxione non subito biliosus afluens humor, insitam, propriamque amittere naturam, idē contendat. Sed paulo post cum integra obstructio erit, id non negabimus: cum is succus, vel sanguis, dum calorē non amiserint, mentem offendant, ægrumq. desipere efficiant: ac tunc temporis,

cum eorum humorum nondum calor ſit amiſſus, nec innatus calor integrã tranſpirationis viã impeditá habeat:ſed forſan fluxi quoq. humoris calore adiutus, conſpiret:licet illud parum, actionem tamen aliquam,motumq. corpus apoplecticum obtinebit ac proinde Hipp.dicebat,& ſuſpicere nõnullos apoplecticos nõ poſſe,ambobus oculis:alios altero tãtum. Quod nondum per initia ſyderationis oẽs obſtructæ ſpiritui animali viæ. Deniq.quemadmodum nõ in omnibus apoplexiis, ſtatim per initia, frigidus, craſſus, omninoq. obſtruens ſuccus ſimul eſt:ſed calidus,vt ſanguis, bilisq.& niſi frigidi naturam ſubeat, non integre vias obſtruet:aut innatum ſuffocabit calorem,nec eius actiones tollet. Ita pariter verum eſt, non in omnibus apoplexiis,per initia ſubito ſenſum, motumq. totius auferri corporis.

Cum igitur Gal.ſubito ſenſum, motũque in apoplexia demi, aſſeruit:de forti, ſiue propria apoplexia loquitur: quæ a caro affectione diſtingui poſſit, de qua dixit Paulus.Itaq.iacent apoplectici,voce in tremor tua ſ ſus motusq.expertes citra febrẽ.Cũ vero Hip.nõ omnino eos

actio

actiões amittere dixit: soporososq. adesse retulit, comuniori significatiõe, de syderatiõe loquebatur: cũ hæc soporis affectib⁹ parẽ læsionẽ inferat ac afficiendi modũ contineat. Sin minus hæc symptomata, quæ comuni appellatione syderationẽ nuncupauit Hip. quæ quasi semper ipsũ antecedunt, in ipsumq. desinunt morbi genus, vt testis quoq. idem est Paulus, similia huic affectui præcedentia pathemata connumerãs. Ideo syderationem, quẽ potius affectum, soporem ipse appellarẽ esse retulit, minus propriæ loquens. Aliter quidem sopor & apoplexia idem essent.

Aut quis nõ huiusmodi solutione satis factus, proferat, rarissime, aut numquam minus proprie locutũ fuisse Hip. nec ibi quidẽ, propter assertã, ex verbis Gal. de origine affectus, rationem. Sed circa nõ nullarũ principia, sic apoplecticos cõtineri, vt nõ omnino, eos sensu, motuq. carere cõspiciamus, quousq. paulo magis obstructio crescat: aliter quidẽ, nullum ipsius morbi daretur augmentum. Cui responsum volo in anhelitus difficilis augmento, non in aliis corporis actionibus vel ipsarum mutationibus, cum nul

Lib. de sanis. 5. cap.

cũ nullæ id adsint, tẽporũ ipsius apoplexiæ varietatẽ, mutationemq. diguosci. Itaq. prior expositio vtriusq. auctoris sentẽtiæ cõsona magis esse cernitur. Vtrum cũ Hip. referre valeamus, sensum motumq. in apoplexia aboleri: nõ vero ita subito, vt statim morbi initio his corpus priuetur: sed quia citissime omnino functione priuabitur. Causa semper ipsi⁹ sit humor multitudine cerebri ventriculos obstruens, eiusdemq. substantiã, nũc primo nunc ex consequenti afficiens. Nam si similis inflammationi sit is, qui apoplexiam gignit affectus, necesse est, ab eo cerebri corpus offendi: sin vero frigidus aliquis succus, vẽtres eos opplẽs, tum ab ipsius frigiditate, tum quod innatus cerebro calor, transpirationem inde amiserit, cerebri substãtia ex necessitate afficitur. Licet multo aliter, sibi id aliqui falso persuaserint: nulla ratione cerebri substantiam in apoplexia affici, proferentes.

Cõtra amatũ Lusitanũ cent. 4. 23. scholio. Qui in apoplexia cerebri substantiã non affici dixit.

Obiectio.

Si vero Galeni mentem quis adamussim secutus, omnem apoplexiã semper sensum, motumq. totius demere corporis, aptius contendat, qua ratione à reliquis soporosis affectibus syderatio differat

rat, mihi respõdeat exopto: cum in his etiam omnino sensum, motumq. atolli Gal. descripserit. 3. quidem. aff. loc. ca. 7. hæc enim ipse retulit verba.

In soporosis affectibus omnibus. quam quã neq. sentiat corpus, neq. moueatur tamẽ sola spiratio, quæ musculorum pectus mouentiũ munus est, seruatur: cuius rei firmam ac stabilitam demõstratiua lege, habemus scientiã. hactenus ille.

Gal. diffici ma sent ci

Primum quidem in nullo horum affectuum spirationem seruari constat: est enim mutuus adeo cerebri ac cordis consensus: vt numquam animalis facultatis offensio cõtingere videatur, quin vitali facultati impartiatur. Quod ex vario discrimine pulsus, ac variis eiusdem ob cerebri affectionem differentiis, in obscure deprehendi licet. Neque hoc negauit Galenus. 4. de caus. pul. lib. per varios cerebri affectus, varias inde pulsuum differentias statuens. At vero non solum pulsum, sed respirationem pariter, in omnibus cerebri variari morbis, Galenus met sic. 1. de caus. pul. cap. 12. fateri censetur, si vt arteriarum cor sic neruorum est fons: nihil est scrupuli, & frustra est motus. Sin aliud

Obiectio veritate s tentiæ G

principium neruorum,aliud arteriarum atq. harum, pulſus functio eſt: illorum ſenſus & motus voluntarius: vt functionũ illis nulla ſocietas eſt,ita nec erit affectuũ. An vero errãt in eo, & mẽtiuntur, qui mõſtrarũt, illis nullũ comerciũ eſſe Nã princeps quidẽhuius placiti diuinus ille Hip. cõflu xio vna inquĩt eſt, cõſpiratio vna oĩa omnibus cõſentiunt, natura comunis. Nã niſi hoc eſt & duo animalia eſsẽt:nec vnũ quisq. noſtrũ. Nũc arterias cor cerebro vinculũſocietatis traſmitti:cerebrũ,neruos cordi,qui quãquã nõ magni ſint,mãdatũ tamẽ rationis poſſunt perferre. Ad hęc cũ ſingulis arteriis fibræ á neruis deductæ,ad ſocietatẽ cohęrent,perquas ſe ſinunt mutuo in conſenſum venire,non modo actionum,ſed affectuum etiã. Nec iã quiquam admirationis,ſi cum vniuerſum neruoſum genus, cõiũctim cum arteriis ſit, ſinguliq. eorũ ramuli,ſibi mutuo immixti,comunis appareat affectus huc vſq. Galenus. Ex quibus perſpicue conſtat,dubium eſſe aſſerere in cerebri affectibns etiam ſi inſenſile, immobileque corpus reddatur, eius tamen ſpirationem ſeruari. Illud quoq. nõ minus difficile creditur, in ſoporoſis

affectibus sensum, ac motum amitti, proferre: quod rationi, magis quam reliquũ alienissimum esse, clare plurimis ex eisdem morborum differentiis, ductis exemplis conspicitur. Omnes quidem soporosi, licet læsas actiones tamen habent, motusque & si in proprios ædunt: vt ex his quæ in propriis assertasunt capitibus, euidenter decipi valet. Quod si omnibus his sensu motuq. corpus destitui quit, tum sopor quisque ille sit, & syderatio, idem erũt: ac frustra tot Græci soporum capita descripserunt. Nec minus a ratione alienum erit dicere, proinde syderatos, sopore offensos esse Hippocratem asseruisse: cum in vtrisque sensus motionisque priuationem contingere, ipse referat.

At qui priori tex. difficultati, sic Galeni met contextu expositionẽ tribuendam censeo. Cum enim eodem cap. paulo inferius sic loquitur ipse. Cum itaque spirationem vehemẽter impeditam, difficulterq. procedentem videris, non paruam in cerebro morbidam affectionẽ esse, coniicere debes, idque in soporis morbis quos nimirum omnes in cerebro fieri manifestũ est. Quamuis enim aliquis ex inde maiorem controuersiam, asserto lo- solutio. 1.

co tri

co tribuisset, perspicuus tamen inde locus ipse euadit, quippe cuius causa ipse fretus eodē cap. seruari in his respirationem, deinde vero difficilē reddi asseruisset? nisi quātumuis difficilem, ex necessitate in soporosis affectibus redditam viderimus: semper tamē seruari ipsam non dixit illęsam, hoc est non amitti intelligamus. Aliter quidem falsa prædiceret, sibique contradiceret.

Solutio altera.

At vero cum in soporosis affectibus omnibus sensum, motūq. aboleri asseruit: non id quidem, manente eorundem affectuum natura fieri posse, testabatur: cum eisdem morborum, cum apoplexia differentis, non minus repugnet, quā si vnum eundēq. affectum, eos omnes esse describeret. Nihil vēro vetat in lethargo, vel caro, aut alio soporoso affectu, sensum motumque posse amitti, adhibito tamen discrimine, iam nō soporem, sed apoplexiam esse, ac dici. siue igitur in quouis sopore, siue in apoplexia sensum, motūq. aboleri respirationem tamen non amitti conspiciemus, vt iam nōnulla de hac re capite de sopore caro nominato particulatim scripsimus. Nam si adhuc quis contendat, in soporosis affectibus ad tempus sen-

ſenſum,motumque amitti, aut ad cõſpe ctum hoc diſcerni,nequaquã tamen apo plexiæ naturam ſtatim ſubire dicemus: cum paulo poſt ſenſu motuque corpus conſtare perſpiciamus. Id pariter abſurdum eſt, quoniam nimirum ſemper aliquid ſentiendi, mouendique indicium, etiam ſi difficulter ipſum tamen oſtendunt:quo non ſyderatos eos eſſe prædicere poſſumus.Per hipoteſim igitur, illa Galenus ſcripſit:quod ſi quando contingat in quocunq. ſopore ſenſum motũq. amitti,poteris vero ad maiorem expoſitionem hæc addere: ita vt ſyderationis iam naturã ſubire iudices, ſemper tamen ſpiratio ſeruabitur, ideſt non amittetur. Nam dum ſopor tantum ſit, neque ſenſum, neq. motum omnino delebit: neq. ſine reſpirationis læſione contingere videbitur.Indeque differẽtia inter apoplexiam ſoporeſque habita eluceſcit.Diuerſi vero Hippocratis & Gal. de affectione loci commode ſupra ſunt expoſiti. Canon igitur ad ſenſum Hippocratis adeſt: vt copioſe ante diximus.

¶ Secundæ partis canonis enodatio.

Cum

2. aphor. 42. ſent.



VM diuinus Hippo. impoſſibilem fortis apoplexiæ curationem eſſe deſcripſerit, & deploratos nō oporteat aggredi curare referēte Gal. dubium eſt, an liceat cum plerisque authoribus ſimilem aggredi curationē. Priſcis illis temporibus plus artis medendi honor, quam hominum vitæ extimabatur: vnde Gal. dixit, ne infamentur remedia quæ aliis profuerunt ſaluti: cum id tamen, neque verum artis decus ſit, neque Chriſtianæ religioni ſatis acceptum: quandoq. aliis profuerunt, ibi non præſtari ſit dedecus, inhumanum: & ab omnibus repudiētur, qui præ imperitia nihil tentare audent: quum potius artis huius præſtantia, ac magni medici dignitas ſit in magnis periculoſiſq. affectibus, præhabito morbi periculo, vel temere omnia cum Aetio tē-

Lib. 6. ca. 27. tare. Hæc inquit in neceſſitate fiunt: vbi vero tollerare poſſunt, etiam reliqua auxilia annecte: quatenus vero ea adhibēda ſint, ſtudioſius lector ibi inueniet: cuius pariter veræ artis, eſt imitator Celſus lib. 2. cap. 10. & lib. 3. cap. 23. ſi omnia inquit

quit membra vehementer resoluta sunt, vbi fortem assignat apoplexiã sanguinis detractio vel occidit vel liberat. Aliud curationis genus vix vnquam sanitatem restituit, sæpe mortem tantum differt, vitam interim infestat. Post sanguinis missionem, si non redit & motus, & mens nihil spei superest: si redit, sanitas quoque prospicitur. Sed nullũ, alibi dixit, appareat aliud auxilium, perirutusq. sit qui laborat nisi temeraria quoq. via fuerit adiutus in hoc statu, boni medici est ostẽdere, quam nulla spes sine sanguinis detractiõe est. Hactenus Celsus sed si nulla sanguinis indicia apareant, tunc redũdantis succi expurgationem, præmisso præssagio pariter conferemus: humoris detractionem variis præstando auxiliis, nec semel in his vacuatio peragenda. Ita vt paulatim, ex humoris sarcina detrahẽdo: ne simul magnitudine morbi, & medicamenti ægri natura cõcidat: vim medicamenti, ægrotantis robore minus validam futuram præsentiens. Atq. in summa dicam, nunquam absq. auxiliorũ patrocinio, vel eos quos deploratos vocat Gal. prætermittendos esse: non solũ exẽpla quæ eruditissimus Lusitanus cent. 4.

curat

curat. 23. & in eiusdem scholio recensuit clare ostendunt: verum quę anno a natiuitate dñi. 1571. in quodam presbytero Dominico Perezio nuncupato vidimus maxime quæ asserta sunt roborant, & quoniam res admiranda notatuq. digna fuit, eam nunc describere incipio.

Trigesimum suæ ætatis annũ agens.

Reuerendus is febre continua. 14. diebus laborãs in eodemmet infirmitatis statu incrementa quędã febris alternis diebus obtinebat, in quem vsq. diem nequaquam fuerã accersitus a decima diei hora vsque in alterius diei quartam horam sic valide permanentia: quo in cremẽto sensum motumq. simul totius corporis ammittebat, oculis graui intuitu persistebat: in tota vero ea veluti accessione febris, vt mortuus iacens, neque si vehemẽtibus, punctionibusq. ligaturis opprimeretur, quicquã persentiebat. Vrinam valde rubram, & qualem iumentorum eiiciens: nullis acutissimis clysteribus aluus cedebat: initio cuiusq. ex his augmenti frequentem, altum, durum, ac inæqualem habebat pulsum in declinatione vero difficulter ipsum percipiebã: respiratio ad sensum adeo prohibita censebatur, vt ad tempus neq. gossipio, neq. spe

speculo percipi posset. Ita vt inquauis eorum incrementorum declinatione, sine pulsu, frigidus ore aperto, & absq. respiratiõe persistẽs, mortuus ab omnibus cẽseretur. Hora vero quarta summe mane velut a quodam sopore excitatus reuiuiscere videbatur, lenta quadã febricula, soloque minimo quodam mentis torpore perãstens, sic vsq. ad decimam alterius diei horam existẽs. Cucurbitulas, extremarum partium frictiones, ligaturas, acutos crysteres, omuia deniq. præsidia quę similibus accidẽtibus non parũ prodesse solent; accidentis huius vehemẽtiã contemnens. Cui ob virium imbecillitatem, nam per præcedentes febrium inuasiones, vsque in decimumquartũ diem, bis copiosissimæ, ex vtrisq. brachiorum internis venis, sanguis missus per alios medicos fuerat, sanguis nequaquã mitti valebat, per cuius nimirũ missionem vacuatio efficeretur: licet magnus is expostulasset affectus, ad magnam tamen e cerebro diuersionem, ac nõnullam e plenitudine detractionem læuissima spirituum difflatione perficiendam, ex eo humeralis venæ ramo, qui in manus dextræ initio extat, tres vel quaruor san-

ſanguinis vncias, præmiſſo præſſagio de trahere iuſſi. Qua ſanguinis detractione apopleticus primus is paroxiſmus, nonnihil remiſit: ſemper tamen tertianæ circuitu ſecundus, vt primus ſæuiêter ægrũ moleſtauit. Quibus perſpectis ea illi purgantia præparare feci medicamenta, quę tum pituitam, tum ſimul melancholiam vacuare poſſent: erat autem tale medicamẽtum. ℞. diacathaliconis, drag. vj. pulueris hieræ. ſimp. Gal. vnc. ſſ. agarici trochiſcati, & oximelite infuſi. drach. 1. ſſ. diaphiniconis, drach. iij. ſirupi roſati ſolutiui vnc. ij cum decocto communi, in quo parum ſaluiæ, ſenę, & epithimi decoquatur, fiat potio: qua ex melancholico humore, non parum euacuans, febris exinde, vehemenſque illud accidens declinarunt. Hancque in ſecundo paroxiſmo accepit, cum ſimilem priori vehementiá dico primum ac ſecundũ, quos primum ipſe perſpexi: tranſactos ante decimum quartum diem, nequaquam numero ipſe contineret: tertium vero exhibitis fortibus quibuſdam cliſteribus, interimq. nonnullis iniectis cucurbitulis æger expectabat, qui licet peruenit, ſenſum tamen, & motum nequaquam omnino abſtulit:

ſtulit, & ægre ipſum moleſtauit. Quo tranſacto iterum propinato medicamento, prædictos humores per aluum ducente, eam Cornelij Celſi ſententiam imitatus, vbi cap. de reſol. non ſemel, ſed pluries in his elaborandam vacuationē eſſe pręcepit: non enim ſine magno diſpēdio integra ſimul multi vitioſi ac nimis ipſis partibus aluo longinquis adhærentis vacuatio fieri quit, ipſum vacuaui, capiti vero ea quæ tum valenter reſoluerent, deindeque ipſum roborare valent adhibui. Poſtque medicamēta duos alios obtinuit paroxiſmos læuiter ac breui ipſum tempore moleſtantes: quibus præfinitis duobus paroxiſmis, in priſtinam ſanitatem, longo poſt tempore, non ſine magna medendi artis laude reſtitutus.

Hic igitur ex multis ac fortiſſimis ſyderationibus liberatus fortem apoplexiam curari poſſe, nō minimam ſpei continendę anſam tribuit neque ſi in deploratis, pręmiſſo pręſſagio periculi ſanguis mittatur, aut quicquam aliud operetur artem ex eorum interitu infamari: neq. exinde viuere, non ſine ſumma artis præſtantiæ laude relinqui, quæ hactenus aſſerta ſunt conſtanter oſtendunt: niſi eos

deploratos tantum appelles, qui magna iam temporis mora ad ſenſum ſine reſpiratione perſiſtant. quod munus, an integre amiſſum ſit infra ſpatulis iniectis cucurbitulis optime id agnoſces: quippe ſi omnino demptum, quoniam innatus nullus aderit intus calor nequaquam affigi poterunt: ne venam cadaueris ſeces, aut mortuo corpori medicamētum exhibeas id maxime proderit.

Hi quidē ſolis præſagi ſunt amittēdi Cornelio etiā referente. lib. 3. cap. 26.

13. Canon.

Symptomatica partium diſtentio, vel in latitudinem fit: & conuulſio nominatur: vel in longitudinem, & paralyſis nuncupatur.



QVANDOQVIDEM vniuerſalis reſolutionis diſputationem, præcedēti canone fecim°: & quę circa eam admodum difficilia aderant, commode declarauimus: opere pretium eſt, ea quæ in particulari reſolutione paralyſi

acutũ aurium dolorem, nequaquã seni bus atq. iuuenibus æque periculosum existere: cuius rei causam pariter scribit, quoniam nimirum, per caloris defectũ minor ipsis natu maioribus inflammatio contingat. Tum etiam eodem defectu minus inflãmatorij cerebri consurgãt affectus: tũ pariter ante ipsorũ generãdi occasionẽ puris generatio ꝓueniẽs, longius perdurare affectũ ipsum efficiat. His vero per Hip. recensitis causis nõ parum aduersæ aliæ existũt causær, ꝓpter quas idem dolor periculosior multo senibus, quã natu minoribus iure dicitur. Vtiq. dissimilis naturę morbus existit imbecillimæ facultati cõtingẽs, ac deniq. minus in his abscessus supurationẽ expectãs: hę tres maximę, ac genuinæ sũt causę, maiorẽ præcipitãtis periculi ĩdicationẽ in senibus, quã in cęteris ꝓmittentes. Peliculosior quidẽ per eundẽ Hip. affectus existit, qui cõtrariã subiecto, cui inest naturam persequitur. In omnibus inquit minus periclitantur, quorũ naturæ & ætati, & habitui & tempori magis cõgruit morbus: quã q̃bus secundũ nullũ istorum cõuenit. Idq. Gal. cõ. per docte roboratur, Putant nonnulli inquit ar dentẽ

distenta nullam flexionem admittit, si-
cut nimis repletum vel adustum, non si
ne ruptione flectitur. Resolutam vero
laxatamque partem quo volueris motu
ipsam flectes. Quod indicauit Hippocra
tes, lib. de dieb. iudicat. sentẽtia quinta.
Tres nimirum conuulsionis species, sta-
tuens : quas omnes sub tetani nomine
comprehendit: ac ob nullam earum par
tem flecti valere describit. Per resolutio-
nem autem partem sic affici, clarius est
A Gal. 5. aph. 6. comment. quam demonstrari liceat. Quod si per
nullam distentionem, conuulsionem ap
pellatam conuulsa membra flecti pos-
sunt Pauli Aeginetæ alioquin doctissi-
mi lapsus aperte colligitur: resolutas
partes vel cõuelli vel laxari, idque vel
a repletione, vel ab innanitione fieri as-
seruit. Conuulsionem nimirum, ac reso-
lutionem eundem affectum efficiendo.
Quorum diuersam admodum naturam
non solum ex his quæ hactenus referta
sunt, sed ex his amplius, quæ nunc descrĩ
bentur intelliges. Quæ de asserta disten-
tionis diuisione dicta sunt primum Ga-
leni testimonio comprobãtes. Nam per
distentionem partes conuelli. 5. Apho-
rism. 6. comment. his docuit verbis di-
sten-

ſtentio morbus per acutus eſt, vt quæ compoſita ſit ex illa quam Græci empro ſtotonō, ideſt ad anteriora diſtentionem & epiſtotonō, ideſt ad poſteriora diſten tionē nominant. Id quoq. inſinuauit. 6. de loc. affect. cap. 5. in quadā vidua, quæ ex ſemine cohibito, neruorum diſtentio. ne elaborabat, dicēte obſtetrice vterum ipſi eſſe contractum, ideſt conuulſum, ſcripſit per diſtentionem pariter corpo-ra, vel ipſorum partes laxari, quodam oculorum affectus exemplo: idem de-monſtrauit Galenus primo de ſympto-matū cauſis lib. cap. 2. ad hunc modum referens.

Vnus ſcilicet affectus ad tunicam ip-ſam rhagoidē dumtaxat expectat: alter ad humorem tenuem effuſum, qui inter chryſtalloidem, & rhagoiden medius conſiſtit. Itaque affectus ad ſolam tuni-cam expectans tenſio quædam eſt & la xitas: qualis in externis ſubinde parti-bus accidit, cum in articulis ligamenta redundante humore ſunt perfuſa. Dein-de ſic inquit. Affectus vero ad humorem expectans eſt defectus, ob quem vacua-to interno ſpatio rhagoides in ſeſe con-cidens contrahitur, rugaturque, quapro

pter pupilla quoque minor redditur. Hactenus ille vbi aperte Gal. diuersæ distentionis causas, diuersumque afficiendi modum in his constituit.

Id est conuulsionis & resolutionis.

At vero resolutam partem conuelli aut conuulsam resolui nunquam descripsit: quod diuersa eorum affectuum natura, causarumque origo diuersa existant Nerui quidem, quacumque occasione cōtracti semel fuerint, nisi noua ipsis exuperans humiditas contingat, ita dilatari, laxarique nequaquam potuerunt, vt in resolutionem ipsi incidant: si vero absque exuperanti humiditate pars per affectum aliquem dilatari, ac extra naturalem constitutionem distendi contigerit, id non sine solutione continuitatis ipsiusmet partis proueniet. Tuncque iam neque conuulsione, neque paralysi proprie pars ipsa afficietur: sed continui diuisione. Quem morbum etiam in ragoide tunica sic contingere, posse declarat Gal. eodem de simpt. cau. adlato loco, sed conuulsa non resolui, his Galenus ostendit verbis. 4. aff. lo. perscriptis.

Cap. 2.

Solutæ apoplexiæ creberrime succedere solet vocata paraplexia: in quam

morb

morbus comitialis non finitur. Quoniam conuulsionem vniuerso corpori affert non resolutionem.

Demum his affectibus causam, modũque afficiendi, diuersa a Galen. describi constat ex eodem. 4. de loc. cap. 4. vbi sic inquit. In ceruice vero ex loco medio inter duas vertebras procedẽtes nerui per obliquas luxatiões in ea quidem exortus parte, ad quam spina ipsa deflectitur, opprimuntur: in altera vero tenduntur. Porro tensiones quidem, vbi ingens quoq; inflammatio accesserit conuulsio comitatur. Ad compressiones vero earum partium, ad quas oppressus neruus peruenit paralysis, idest resolutio sequitur hactenus ille. Itaq. cũ obtẽtioné pars cõuelli debet inflãmatio siue inflammatorius aliquis affectus, siue vt in summa dicam, aliqua causa ipsi accidat: quæ vel calefaciendo, vel exsiccando ipsam cõtrahat, quæ vero vel cõpressione vel immodica humiditate resolui debet, nulla prorsus inflãmatione calore vel siccitate, vel deniq; nullo inflammatorio affectu, vt talis efficiatur indiget; imo potius hæc omnia partẽ laxari,

ſiue reſolui prohibent: quemadmodum inanitio, acquæ ipſam efficiunt inanitionem. Cum potius inanitas partes, alimenti, ac patrocinij defectu ipſum per neruos, venaſque adquirẽtes vel ad ſua principia retrahi, flecti, conuellique ex neceſſitate contingat. Laxari vero ſiue paralyſi affici nunquam contingat: niſi denuo inanitis his locis præter naturalis accedat humiditas: ac tunc iam licet inanita ipſa natiuo calorę ſint, non proprie tamen inanita dicẽtur, cum exuperanti humore ſint referta. Vt igitur reſoluta ab inanitione efficiantur dubito ac qua ratione ipſum deſcripſerit Paulus prorſus ignoro.

Futilis quædã expoſitio

Quidam ipſum exponens locum retulit, partes ibi reſolutas, non intelligi a Paulo paralyſi iam eſſe detentas, ſed per reſolutas, diſſolutas, ſiue admodum languidas deſcripſiſſe: quæ ob virium impotentiam, aut imbecillem potentiam, paratæ ſunt incidere in paralyſim vel conuulſionem.

At vero non eſſe genuinũ hunc adnatæ ſententiæ ſenſum, eiuſdẽ authoris verba demonſtrant. Nam ſi per reſolutas languidas partes tantum intellexiſſet, fruſtra

frustra asserto capiti de his, qui laxatione, aut distentione resoluti sunt titulum daret. Constat enim per hæc verba, de his qui iam laxati, aut conuulsi sunt, in eo capite sermonem eo titulo insinuare Paulum. Rursus medicamenta quæ relaxatis instituit nulla ratione simili morbo, vt sic referam, affecturis accommodari queunt. In relaxatis, inquit, membris astringẽtia, his quę laxãt, melius diceret his quæ discutiuntur, miscere, & frictionem intensam molliri conuenit cum oleo, in quo nitri parum & feculæ contritum adiiciatur &c. At de proprie resolutis, eorumq. curatione, non de languidarum partium præcautione caput illud instituisse Paulum, perspicue quæ paulo post retulit, indicare videntur. Quod si perseueret resolutio, carnem, quæ inter articulos resoluta est, attractam ferris candentibus, exiguis tenuibusq. transmissis, adurere oportet. Contractis autẽ membris, dropacem continue superiice re commodum est. Quod si affectus continuationem tunc describit, in obscure inde sequitur, præcedentem verborum seriem de distẽtione eadem fuisse: quod si aliud Paulus sentiret, vehementissima

illa

illa incipientibus describens distentionibus, imprudentissimum, in eo, consilium prestaret. Incipientibus his affectibus hæc & fortissima alia posse describere medicum, incaute docens. Ex quibus omnibus de resolutis, idest paralysi iam affectis, non de imbecillis, & ad resolutionem paratis locis, tum egisse ipsum manifestum est. Quod cum ita sit male resolutas partes in conuulsas, & laxatas diuisisse: & ex consequenti facillimum esse laxari, ab inanitione partes, neque indicium mittendi sanguinis in paralyticis aut non mittendi, inde dessumi, perspicue ex his quæ hactenus prædicta sunt, ex hisq. quę consequenter dicentur desumitur.

Partiũ torpores noiauit Gal. quibus palysis succedit.

Non deerit aliquis, qui præcedentem Pauli opinionem, Aetij testimonio roborare studens conuulsionem, resolutionemque, eundem constituat affectum: sic enim Aetius libr. 6. capit. 30. de canina conuulsione loquens describit. Caninam conuulsionem vocant, mandibularium musculorum resolutionem. Rursus ab inanitione resolutionem fieri, non solum Paulus asseruit,

Loca Aetij in defensionem Pauli.

sed

ſed in ſuum vſum ex Archigene Aetius, ſic tranſtulit. At in his, qui de repente re ſoluti ſunt, velut ex ardore præſtat irrigatio, ex lanis ſuccis, & oleo ac aceto, aliquando etiam nitro. eodem libr. capi. 28.

Numquam ab Aetio affectus hos confundi, duo præcipue id, inter alia oſtendunt: diuerſa nimirum eorum capita, ab ipſo deſcribi: ac præter hoc etiam, non aperte eo in loco conuulſionem, mandibularium muſculorum reſolutionem ab ipſo nuncupari: ſed minus proprie loquendo, medicorum vulgus ſic ipſam conuulſionem vocitat. Niſi cautius id exponentes, dicamus, propterea reſolutionem, tum conuulſionem dici quoniam partes illæ tum conuelli alias laxari cernantur. Diſtorquetur, inquit, in obliquũ os, naſus & oculus, & in ſumma dimidia faciei pars. Auxilia itaque reſolutæ parti adhibeantur nõ oppoſitæ. Decipiuntur, inquit poſtea aliqui qui mandibulam ab oppoſita parte diſtrahi putant. His autem videtur hic inſinuare vt licet cum aliis ſimilem reſolutionem, con-

Exponũtur Aetij loca.

uulſio-

uulſionem appellet, propter illam partium diſtorſionem, non tamen tunc, cõuulſionem in ea laxatione cõtingere ſic contendit. Vt contra experimentum rationem, & Gale. auctoritatem, reſolutũ os ab oppoſita parte nequaquam diſtrahi proferat. Docet quidem manifeſte id oris eadem reſolutio in partem quidem ſanam, egram diſtendi quotidie perſpicimus. Quippe impoſſibile eſt dextrum oris angulum laxari, ac in ſeipſum contrahi: nec laxari aliud tunc eſt, quam propter exuperantem humiditatem innatique caloris defectum partem vel vt, ſine proprio motu exiſtentem pondere humoris in partem aduerſam cõcidere: nec alius parti oris reſolutæ diſtentionis relinquitur locus præter oppoſitã ipſi partem: quod his verbis Gale. oſtendidit. 4. affect. cap. 4.

Gal. ſenten. Quod ſi vnus dũtaxat muſculus, vel neruus ſiue primaria affectione ſiue per conſenſum affectus fuerit, pars ipſa in aduerſum trahitur muſculum. Nam reſoluto muſculo, qui dextram labri partem mouet, ipſa ad ſiniſtram deſflectitur: & enim contra.

Cum igitur in alterutram partem reſo-

lutam laxari, ac proinde aduersam contrahi dicimus, non propterea eandẽ partem resolui, conuelliq. cum Paulo proferimus: neque cũ ex resolutione vnius partis aduersam contrahi Gal. protulit, propriã cõuulsionẽ tũc eã esse probauit. Quoniam hac via, nulla tunc pars sana permansisset: altera nimirum esset resoluta, cõuulsa altera: quod aduersus omnẽ physicam rationem, omniumque de hac re disputantium sententiam protulisset. Cum manifestum sit, in his resolutionibus partem sanam trahere ægram; nec si abreuiata conuulsa fuisset; laxatam ad se traheret partem: immo vt clarius, euidentiusq, loquar, nulla tũc aduersæ partis laxatio fieri posset: duplici de nomine, & quoniam in conuulsa facultas attrahendi ob abolitum in ea motum, deficeret: tum etiam quia quæ distendi aduersa particula, ob humoris affluxum, debebat nullũ dilatationis, ob conuulsæ coarctationem integram, locum obtinuit: sed tunc potius illa, nullam dilatationis viam, neq. ex contraria parte attractionem vllam continens, ob humoris tum frigidam qualitatem, multitudinemq. in latitudineq. dilatata, versus

suum

ſuum principium coarctabitur: ſimulq. cum aduerſa particula conuelletur: quã tum enim e longitudine detrahebit, tantum in latitudinem prominebit, & ę diuerſo. Quorum veritas, quodã Gal cõ.1.
100. senté. li. Hip. de articulis cõſcripti, roboratur.

Nã ſi alterius buccæ muſculi reſoluantur fit, vt altera oppoſita breuior, & quaſi conuulſa appareat: ea vero quæ affecta eſt, ſanam conſequens, extendatur.

Vbi non aſſeruit cõtrariam partem reſolutæ conuulſam eſſe, neq. tunc cõuelli, ſed quaſi conuulſam apparere: ob eã quam in attractione reſolutę particulæ, contractionem efficit. Huius autem attractionis aduerſæ partis cauſam addito, ipſi, roboré ex alterius reſolutione adhibuit: Quemadmodum enim, altero ob vulnus, aut quãpiam aliam occaſionem obcœcato oculo, videndi facultas in reliquo roboratur: qui ibi partibus antea
Vt li. d ſym. cau. 1. Gal. de ſcribitur. erat ſpiritus, ac vtriſq. locorũ neruis indifferẽter trãsferri ſolebat, indiuiſus, ad alterũ ſanitate fruentẽ trãſmittatnr. Pari quoq. via cũ alterius partis oris muſculi, vel neruis reſolutionẽ patiũtur, ad ſanã aduerſam ipſius partẽ validior confluens virtus, potentiorem ipſam attrahendam

hẽdam ad ſe ægram efficit. Quod copio ſe vniuerſo eo com. deſcripſit: ſtudioſus lector ipſum perlegat.

Ex quibus clare Aetij percipitur lapſus: tũ quando oris reſolutioné conuulſioné nominauit: tum etiá quãdo reſolutas partes, ab oppoſitis non diſtrahi, vel attrahi ſcripſit: ac tum demum maxime errat, cum repentinam reſolutionem ab ardore fieri autumat: cum à nullis calefacientibus, exſiccantibusque, tum affectionibus, tum medicamentis, pars laxari valeat. Vnde nec in paralyſim, neque prompte, nec vnquam incidere, euidentiſſime modus ipſius diſtentionis oſtendit. Quippe tactui humida mollis, longior quam altera exiſtens, particula apparet: ac quo volueris ipſam flectes: quæ omnia frigus, humiditatemque, non vero calorem, ſiccitatemque, ipſius affectionis cauſas fuiſſe, demonſtrant. Sed neque conuulſionis, hæc genuinæ, ac propriæ exiſtent cauſæ, ſed ſecundariæ: neruoſas particulas abſumentes, inanientesque. Quod cum verum ſit non ſatis prudenter nimis calida, & nimis diſcutiendi, extrahendi, ac vires extenuandi facultatem habentia

medi

medicamenta, conuulsis ex ardore locis adhibuit: vt nitrum, acetum, & multa alia, quæ ibi assignat medicamenta quæ ex repletione conuulsis potius quam citatis prodesse poterant.

Sed quandoquidem vtriusq. affectionis causas attingimus, earum enarrationem amplius non nihil expendamus: quæ dum repletionem pariunt, conmertium obtinent: nihil enim resolutionis, cum conuulsione ex inanitione oborta causarum similis extat ratio. Vtrisq. enim frigida, non vtrisque æque humida causa fieri valet: immo ad conuulsionẽ quanto frigidior, siccior, siue, vt aptius loquar, coagulata magis, velut gelida: ad paralysim vero, quanto humidior, parumq. frigida materia erit, tanto ad earũ quamuis aptior existet. Ex quibus altera ob frigorem, densitatéque, tum cõtrahere, tum demum locum conuellere solet: altera ob immodicá succi ipsius humiditatem, per neruorum cauitates flui aptam, non solum partem distendit, sed etiam laxat: qui solus affectus exinde ortus paralysis nuncupatur. Vnde clare difficilis illa quæstio elucescit. Quatenus idem humor in diuersos confluens

neruos

neruos alterum distẽdit, alterum contrahit: ideſt alteram partem reſoluit, alteram conuellit. Nam qui fieri valet, vt vnus idemque humor, nec aliis tunc permixtus adeo contrarias obtineat facultates, quas vno eodemq. ſubiecto, à natura tribui poſſe, eadem permanente cauſa, impoſſibile cõputatur. Licet non nulli id partium naturæ nõ humoris ſubſtantiæ, facultatiq. tribuendum eſſe, ſibi perſuaſerint: tum propter aſſertam cauſam: tum etiam quia rationi conſentaneum magis eſſe cernitur duriores citius conuelli, quam laxari: molliores vero, ſenſuique deſtinatos magis, promptius laxari, quum conuelli: quum eorum natura, id aperte demonſtret: atque in reliquis, præ neruis, corporis partibus ſimile conſpicitur opus: ſimiles affectus, ſimilibus partiũ adaptari naturis reliquis vero difficulter. Quãuis quidẽ præaddita expoſitio probabilis primo intuitu cõſpiciatur, nõ parũ tamẽ rationi refragatur: quippe ſicut per oẽs neruos ſenſus, motusq. animalis perficiũtur: ita reſolutio affectus, ipſa munera demẽs, omnibus ęque neruis cõtingere valet: paruiſſima quidẽ inter eos circa principia,

modi substantiæ differentia conspicitur. Vnde si obstructis quibuscũq. neruorum oris, idest siue neruus mollis, siue durus natura existat, conuulsio exoritur: neque aliã conuulsi nerui propinquã magis causam inueniri licet, quã ipsam obstructionẽ, qui fieri potest, vt idẽ humor in duos incidens neruos, ambosque obstruens, siue ambo molliores, siue duriores, siue alter talis, reliquus e diuerso existant, alterum laxet alterum contrahat conuulsioneque afficiat.

Ne igitur frustra tempus conteramus: duplici id occasione elaborari, ac perfici quit: si nimirũ ante quã frigidi humoris affluxus in neruũ aliquẽ fiat neruus is ex frigidis aliis præcedẽtibus causis imbecillus, ac pene frigidus extans, nouo eo affluxu obstruct⁹, cõtrahatur: in aliũ vero neruũ cui, nõ ex aliis fluxionibus, aut aliũde molestatus innatus calor est, idem afluens humor, non à frigore partis cogitur, cõdensaturq. sed per vniuersum defluens neruum, non solum ipsum obstruit, sed nimis humectando ipsum relaxat, resoluitque. Aliter etiam integrã huius rei causam solo humori tribuere possumus: referentes eundem humorem dupli

duplici ad destillationem origine vti, calore nimirum, ac frigore. Atque cum ab aliquo extraneo calore fluet, si neruorum affectionẽ efficere tũc debet, resolutionẽ semper generabit: immodica quippe multi humoris humida qualitas potius quã optimi caloris defectus, ipsum affectum procreat. Si vero frigida assumpta occasione, in neruos decidat humor, tunc controuersia adest, num contrarias eas affectiones simul efficere valeat. Atque cum frigus humoris affluxum generat, quandam ipsius partem densam magis, aliam minus condensatam elaborat: siquidem non æque semper totam condensat, neque semper partes exprimendo, liquidam fluere permittit: ac crassam, densam, frigidamque magis ipsius partem inductum alicuius nerui concidentem, ipsum statim obstruit. Frigidaque qualitate neruum coarctari, ac conuelli nulli dubium est. Eam vero, quæ liquidæ tantum humiditatis particeps est, per totum neruum alium diffusam paralysi ipsum afficere, notum quoque est. Sic igitur allata controuersia diluitur.

Hæc omnia eo de nomine conſcribere ſum aggreſſus, vt vtriusq. affectionis naturæ dignotio amplius dilucidaretur: habita nimirum earum cauſarum diuerſiq. afficiendi modi conſcriptione: vt quanta inter vtrasque neruorum diſtétiones, differentia ſit conſtituta, tum maxime ex his, quæ cōpendioſe relata ſunt, tum pari via ex his quæ nūc dicentur, dignoſcatur.

SCHOLIVM.

Obiectio ad reprehenſionem Pauli & Aetij factā.

QVamuis aduerſum Aetium ac Paulum contenderimus, nullam reſolutionem ab immodico calore, aut ſiccitate, aut partium denique inanitione procreari poſſe, referentes: his tamen Hippocrates in obſcure obiare videtur. dum ſimilem. 5. aphoriſmo. ſentē. protulit. Calida vbi quis ſæpius ea vtatur, hæc mala affert, carnium effeminationem, neruorum incontinentiam, mētis torporem, profluuia ſanguinis, animi defectum, hæc atque mors. Facit, inquid Gale. neruorum in continentiam, cum hi fiant imbecilles, eorum ſubſtantia

tia à calore dissoluta. At alieni videbitur, neruorum in continentiam, laxationem denotare: nam præ imbecillitate, ipsi contineri non possunt, sed dicidunt ex ea parte, laxanturque, ac in paralysim terminantur. Dissipato nimirum innato partis calore, ab immodico, extraneoque: imbecillimaque exinde particula reddita, in resolutionem concidit. Quoniam deficiente innato calido eius innata humiditas ex necessitate talis desinit esse: iam non quidem illius materia, siue innata, siue proficiens nominabitur: sed potius, excrementi vsum adquirens, inutilis ac præternaturalis humiditas proprie extans, imbecillimam partem ipsam reddens: tum etiam ob virium inconstantiam, plura alia humida excrementa pars ipsa recuperans, relaxatur. Demum itaque, non totam partis substantiam à calore dissipari, Galenus asseruit: tum quidem inanitionem is pariens calor, conuulsionem, nulla ratione resolutionem, quam paralysim appellamus, gigneret. Sed innatum tantum loci calorem, ab extraneo dissolui, hinc propriam humiditatem in ex

Vt innatum stomachi calorē soiet immodicus hepatis calorre soluere ac humidissimū ipsū efficere: ita sed maiori quidē violētia externus aduēticiusque calor calorē bracchij dissoluit nunc parūnūcoio

crementitiam conuerti, ac ex consequē ti quamplurimam aliam ab ea parte aliunde attrahi: tum denique ipsius paralysim subsequi necessum esse. Relaxationem enim ab humiditate immodica semper, numquam à siccitate aut inanitione, vt falsò sibi decreuit Paulus Aetiusque, exoriri vt constans ex Galeno placitum desumitur. Ipsam vero particulam duplici causa superfluæ humiditates laxant: tum quia hæc ipsis à natura insita sit facultas: tum quia dempto innato calore nullam his expellendi vim natura reliquerit. Igitur præter hoc quod nequaquam deficiente iam calore nutriunt, ipsam partem resoluunt, ac in paralysim incidere faciunt.

Has denique distentiones velut motum quietemq. distingui, ex eo maxime constat, quia veram resolutionem paralysim nuncupatam, insensilem immotamque particulá reddere conspicimus: è contra vero per conuulsionem, non solum sensu, motuq. sed tristis sensationis ac violentæ concoctionis eam participem esse Galenus clare ostendit: dum cōuulsionem plenum doloris affectum esse

2. Prorrhet. 20. com. lib. 3. de symp. cau. prorrh. 6. com.

esse dictauit: & cum conuulsorios motus, voluntariis lõge robustiores adesse dixit. Tum etiam cum aduersissimum, secundum motionem pathema, resolutioni, esse conuulsionem, sic descripsit. Nempe cum partes affectas motu priuet paraplexia; conuulsio ad motionem agit, naturali vehementiorem: ita vt hæc violenter concutiantur. Quod si obstructio vel humidorum aut crassorum, aut glutinosorum impactio in neruis fuerit ob id paraplexiam conuulsio iuuare videtur mox id exemplo confirmans, inquit paraplecticum sic affectum vidisse cuius non exactam paraplexiam, accedente conuulsione, sensiliorem, atque ad motiones expeditiorem factam fuisse. Placata vero cõuulsione sensum rursum deteriorem rediisse, asseruit. Hæc vero ita contingunt, quod affatim conuulsio accedat, & turbulentum ac fortẽ excitet motum.

Tamen exinde, non in merito aliquis duo dubitabit. Qua nimirum ratione, contrarii eiusdem partis affectus, ab eadem prorsus causa excitari valeant: ac quod difficilius est, laxis iã superflua humiditate particulis distẽtionem versus 1. Obiectio.

principium, siue conuulsionem accidere posse.

Tum demum alterum comminisci poterit: quatenus obstructis omnino, per conuulsionem neruis mouendi facultatas prestari valeat: cum nullos iam sentiẽdi mouendiq. virtuti ductus ipsis in esse certo sciamus. At tum ab Hip. tum etiã Gale. sic ipsa sentiri, clare perspicimus. Hip. quidem vnam eandemque vtrisq. affectus causam esse valere, his adnotat verbis. Quæ ex lumbis ad collum caputq. redundant, resoluuntq. paraplectico modo, conuulsiua fiunt. Rursus conuulsionis frequentiores accidere corporibus intentis, quã laxis, alibi dixit Gal: per hæc verba nonnumquã laxis particulis conuulsionem subsequi etiam posse, ipse adnotans. At vero eandem vtrisque affectibus causam esse lib. de sympt. cau. 1. accuratius id ostẽdit, dum sic scribere incipit. Propter hoc igitur dictum est, conuulsionis motũ ex solo fieri morbo immobilitati, quæ in paralysi visitur non dissimiliter, vt quæ ipsa quoque occasione incidat. Atque hęc pro priori obiectione roboranda, asserta fuere.

1. Obiectio.

3. prorrh. 26. sent en.

Lib. de salubri diæ. 23. com.

Nunc pro altera confirmanda dicimus,

anci-

ancipitē nobis reddere ſenſum. Gal. cō. 3. prout refertū vbi viciſſim ſensū motūq. particulæ nūc amitti, nūc recuperari, indifferenter in eodē ægri exēplo prędixit.

Cum contenta laxis ſint oppoſita va- 1, obie. reſpō. riis in locis Gal. referēte, nō minime ob- 6. epid. ſec. 2. ſcurum eſſe videtur, laxatā particulā cō- 9. cō. 3. epid. uelli poſſe referri, ſiue diſtentā ſemel cō- ſec. 1. cō. 5. & trahi: etiā ſi ab humidis, ſicut a ſiccis cau- 6. epi. ſec. 1. ſis cōuulſionē adnaſci poſſe. 6. aph. Gal. 29. com. deſcripſerit. Non ita tamen humidę ipſæ exiſtent, vt laxent: ſed frigori, ſucci cauſa admixta congelat: vel inflamationi admixta cōdenſat: ac propter vnā quāq. earū particulā contendere ſolet. in paralyſi vero etiā ſi eadē materia, atq. in conuulſione adſit, frigidā qualitatē humida vincit: vt per eā non ſolū diſtendi, ſed laxari particulā liceat. Ex qbus Gal. illi⁹ 6. aph. 16. cō. ſentētię veritas eluceſcit: cū inqt a pituitoſo, & melācholico humore fieri poſſe cōuulſiones: at a melācholico ſucco nūquā paralyſis fit: cū is ſuccus tū ob craſſiciē obſtruere, tū ob ſiccitatē loca ſit contrahere potēs: quibus docet pituitā licet natura humida ſit ad contrahēdi tamen affectum ſi non exſiccatam ſaltim vt melancholiam cōdemſatam eſſe oportere.

Inten-

Prædictorũ roboratio.

Intentis itaque particulis laxationẽ a nouo influxu cõtingere, in quo humidi tas frigidã antea contentã exuperet qua litatẽ nulli dubium est. At laxis contra-ctionẽ ex propria causa quæ particulam laxari fecit, subsequi est impossibile. licet enim Hip. 3. de artic. lib. 4 2. sen. laxis cõtractionẽ euenire, videatur asserere, di uersum tamen ab his, prçceptũ ipse tunc præbuit: nõ enim inquit laxioribus quã opportunũ sit, cõuulsiones superueniũt & rigores, sed magis intentis. Quã parti culæ breuitatẽ nisi perspecta sola magni tudine recẽseat, vtrosq. aliter affectus co rũq. causas, idẽ esse falso dictaret Hip. Im mo potius, si laxioribus nõ raro corpori bus, vti pueris cõuulsiones eueniũt, pro-ferendũ est, nõ id laxatis, vt sic dicã par-ticulæ, aut humidæ qualitatis ipsius cau sa similẽ adnatum fuisse affectũ: sed obhu midi recrementi multitudinẽ neruorũq. imbecillitatẽ, etenim prçmultitudine fit partiũ tentio: & præ imbecillitate, quia facile eorum innatus dissipatur calor, fa cillime neruosa corpora, a quocũq. hu-moris obstruuntur afluxu, ac inaniri e-tiã citissime ob eandẽ propositã causam a quouis calido affectu possũt. Propter

eaq.

eaq. perpedite ipſe, intẽtis magis corporibus cõuulſionẽ accidere dixit: nõ præter modũ laxioribus ideſt nõ aſſeruit magis intentis q̃ laxis euenire: cũ ſępiſſime laxis cõuulſio cõtingat: ſed nõ ſuccedere his quoniã præter modum ſit laxa, ſed quia corpora nimirum natura vel ætate laxa ſiue humida, magis quã decet ſint intẽta: plura quidem tum puerorũ, tum aliorũ hominũ corpora præter modũ laxa ſunt, non tamen conuelluntur: immo niſi intendantur cõuelli nequeũt, ea quidẽ tẽdi magis, ideſt plus repleri, vt cõuellãtur oportet, ſic euenit his cũ ex inflammationis incremento verſus originẽ ſuã muſculi retrahũtur: quod e diuerſo reſolutis operibus accidẽs, nõ tãtum obſtructis neruorũ ductibus, ſed propria eorundem ſubſtãtia, ex humida intemperie oblęſa, ipſa in lõgitudinem diſtendi corpora, ac pariter laxari efficit.

Neq. laxatã ſiue reſolutã particulã poſſe cõuelli: tũ ex his quæ hactenus ſunt relata: tũ ex his quę nũc velut in cõpẽdio dicẽtur, in obſcure deprehẽdes. Quippe cum per reſolutionẽ, cũ in aliis ſpirituũ, duct⁹ omnino impediti exiſtãt: neq. mouẽdi vlli dimittatur facultas: qđ cũ ita ſit 2. Obiectiõis reſponſum.

pars

pars resoluta breuior effici nequit. Vt quæ nullo iã innato calore fruens, ad nutrimentum accipiendũ ad perspiciẽdam conspirationem, ad omnẽ deniq. actionẽ peragrandã inutilis extans, superflua ea humiditate, ptinaciter sibi inhibita haud vllis cedẽti remediis, vt laxa semper existat, cõstans est assertio. Illud vero quod in contrariã partẽ, cũ Hipp. ac Gal. testimonio in aduersum innuitur, nequaquã de vera resolutione, sed de ea tantũ affectione prædictũ, quæ paraplectico modo ægrotantẽ lædebat: eamq. stuporẽ potius siue ad resolutionẽ initiũ accõmodatũ, q̃ exactã paraplexiam esse merito cũ Gal. recensemus. At affectũ stupore locũ posse conuelli, sicut pariter illa quæ vel sensum tantũ, vel solũ motũ amisisse cõspicimus notũ est. Cum nõ omnino eorum amisso calore, nõ integrã ipsis obstructionẽ inesse putandũ est. Quippe is ductus per quos alatur continens extraneũ, vel ex aliis particulis calorẽ recuperans, augetur: (imq. adquirens motum particulæ & si eum difficultate reddit, exindeq. conuulsio peroritur.

Nec vero motus qui in ea recuperatur particula tremori, vt Laurentius Iouber

tus

rus credebat, similis extat, quippe in tremore triplex est cõtrarius motus in conuulsione vnicus tantum particulæ nimirum versus sua neruorũ capita retractio, ac tentio: quam musculorum actionem motumq. appellauit Gal. tum de eorum motiõe lib. tum de fractu. 3. lib. 42. com. Quibus sic abunde pertractatis clare dedesumitur, neq. paralysim & conuulsionem eundẽ esse posse affectum: neq. vnã eadẽq. eorũ causam neq. eundẽ efficiendi modum, neq. conuulsioné paralysi superuenire posse Vnde demũ neq. resolutæ particulæ contractionem vnquã accidere dicimus, nisi eam pro arctiori neruorum positu describebas: idq. nõ eorũ longitudini sed latitudini referendum est. Quemadmodũ cum ex cõpressione, aut per eos delegari facultas valés resoluuntur: aut cũ ex luxatis, fractis ve spinæ nõ nullis vertebris aut ossibus aliis, aut deniq. eisdẽ neruis diuisis paralysis oboritur: tũc quidẽ præcipue nõnulla in latitudiné mẽbrorum subsequitur coarctatio: cuius rei manifestã perticemus rationem.

In lõgitudinem omnia resoluta distendi. 3. lib. de fracturis. 42. com. Gal. asseruit.

Quatenus resoluta particula ex nerui diuisione laxa reddatur.

Reso

Resoluta particula ex alicuius nerui diuisione, laxatur, etiã si nullus illi influxerit humor: qui tũ ipsam humectare, tũ præter naturã distendere faciat. Id non aliunde perficitur, quã ex innati eiusdẽ nerui caloris intercisã nimirũ calidi via nutrimẽto: vnde & ipse amittitur calor, & contentus in parte sanguis vitiosi humoris, recremẽtiq́, naturã recuperãs partem debilitat, distendit, ac laxat. At etiã cum per innati caloris defectũ raro pars illa, aut nunquã cõtrectetur, proinde difficillime, aut nunq̃ talis resolutio curatur, vel poteris cũ Gal. 4. affect. lo. teste asserere, musculos illius partis priuato ipsis animalis facultatis ductu relaxari.

Cur in resolutione pars ægra trahatur a sana.

Datur etiam oris tortura ex conuulsione orta: verũ ĩ ea nihil sensionis aut motionis particula amittit.

Cũ dixerimus iã spasmũ cynnicũ non cõuulsionẽ, sed resolutionẽ potius esse cũ in ea uel sensus, vel motus, vel vtraq. amittãtur: quæ cõuulsionis essentiæ omnino aduersã existũt quãdoquidẽ in cõuulsiõe horũ aboleri quicq̃ sit impossibile. Non immerito exinde aliqs quæret. Cur ad oppositã partẽ resoluta particula

cula conuertatur: contrariũ vero ex conuulsione procedat: id autẽ sic fieri cõtingit, quoniã sane in resolutis corporibus partes vim maiorẽ recuperantes læsas attrahunt, ægre vero in cõuulsis quoq. vehementer sibi sanas attrahunt partes: nõ propria & natiua facultatę, sed a causa prętertnaturali coactę: cum præter modum intentæ versus originem suã retrahuntur: in qua violenta contractione sanæ nonihil consequuntur ægras, ne continui diuisio cõsequatur, sapiẽte id natura permittẽte. Qua vero ratione vna ab altera dignoscatur: quænam denique in vtraq. affectione pars remediis fouenda sit, & cur solus interdũ sensus, alias motus tantum in resolutione amittatur plura de his multi scribere sunt dignati: inter omnes tamen duo hæc præclare recẽsuerũt authores, Amatus & Altomarus.

Cent. 2. curatiõe 7. in sua prac. altomar cap. proprio.

Quod si grauis frigiditas sensum tollit, aut sensionis difficultatem parit, ad nullamque actionem, aut motum prodest, vt plerisque in locis Galen. asseruit lib. præcipue de sym. cau. vbi somni causas recẽsuit: quatenus nimis frigidus succus conuulsionẽ gignere poterit, affectũ nimirũ nõ solũ sensiõis participẽ, sed tũ etiam

An magnum frigus cõuulsionẽ efficere valeat.

etiam dolorẽ inferentẽ: proinde difficillimum est quod idem Gal. ex altis niuibus, ingentiq. frigore tetanum oriri asseruerit. In quo nulla aut interna, aut externa motio cõtinetur. Tunc rigiditatẽ potius q; verã conuulsionẽ adnasci dicimus: sub cõuulsionis tamẽ nomine ob loci tentionẽ contineri: per quã musculos motionis, quadã ratione participes esse dicimus. Per nimium quidẽ frigus, non cõuulsionẽ sed resolutionẽ, amisso innato exinde calore creari necesse est: ac tũc sensum, motũq. amitti manifestum est. Sed magnum frigus nõ solũ, sed multitudini humoris admixtũ tentionẽ, inflãmationẽq. parit, ac ex inflãmationis magnitudine cõuulsiões cõsequitur, eũ igitur tẽtiões, ac inflãmatiões quæ nimirũ vrgẽtiã cõtinẽt, ꝓxime vt vnitatẽ soluãt accedãt: proinde cõuulsiões, affectiones sunt exactissimæ sensionis dolorisq. plenæ. Frigus ergo sup̃flua recremẽta in viis neruorũ intromittens, ipsas replet, neruosq. cõuellit. Atq. hæc de vtriusq. distẽtionis differẽtia referta suppeditãt.

5. c. d morb. dif & 12. metho. c. vlt.

* Non tãtum proinde recte sequitur cõuulsionis causã semp continui solutionẽ esse cũ potius in his solutio continui accidẽs sit nõ causa cõuulsionis etiã si falso sibi id persuaserit Lauren. Ioubertus opusculo de cõuulsiõis causis inscripto.

Medendi canonum lib. 1.
Finis.

LIBER

LIBER SE cundus Medendi canonum.



Etsi grauis oculorum affectus vel accidens ineneruato ob acutum morbum corpore appareat, non raro tamen optimum portendit indicium. Primus canō



VPLICI denomine post cerebri ac capitis affectuū enarrationem oculorū ex affectibus ortam disputationem recensere incipiam: cum quia oculi natura ex cerebri essentia quasi omnino condita instructaque conspiciatur, plurimam exactissimáque ipsius partē, ac spiritus animalis copiam obtinens, ac non paruam sibi mittēdam Enarratio.

V quoti

quotidie speràs. Siquidem in nullo alio instrumento neq. ipsam cerebri substantiam, neq. tantà animalis spiritus copiã, quãta in oculo continetur, inuenies, de Hip. ac Plato, pla. lib. 7. Gal. referente. Tum quonia nulla totius corporis pars oculo euidentius omnium morborũ notitiã exhibere valet. Vnde Hip. dicere ausus est, ab oculis totius corporis affectionem percipi. Oculi inquit, vt valent, ita & corpus, & color in deterius, aut melius labitur. Propterea igitur ipsius functionis disputationẽ, quoad præsagium pertinentem aggredior: quam tantũ elegi, quia & reliquarum præcipua magis existat, & quoniã de admirãda oculorũ structura, temperie, vsu & affectibus fuse ab omnibus medendi authoribus sit perscriptum. Quamuis enim oculorũ presagia, ab eisdẽ exacte etiã descripta reperiãtur: minus tamẽ quã decet perspicua: immo non parũ obscura adsunt: vtilem ab oculis predicendi viam omnino delẽtia detrahentiaque. Proinde quidem nõnulla ex oculis ad graues affectus desumpta pronostica, quæ ancipitem, ex Hipp. ac Galen. lectione, lectori sensum tribuere possunt, nunc tractare decreui.

6. epi. sec. 4. 27.

Quo

Quoniam nimirum aliquis ex asserta epid. sententia certam ac perspicuã ex oculorum signis affectuum totius corporis demonstrationẽ suscipi posse credens non semper ex malis in oculis cõspectis pathematis,& si ob ocultum aliquẽ morbum factis pessimũ, neque semper ex optimis eiusdẽ partis signis, optimum portendat , ad affectionem præsagituram iudicium.Ideo nunc maxime contraria eiusdẽ signi prognostica,ex variis tũ Hip. tũ Gal.emolumẽtis descerpta dictabo.

In febre,inquit Hip.non intermittente,si labrum vel palpebra,vel superciliũ vel oculus, vel nasus peruertatur, vel nõn videat,vel non audiat, debili iã existente corpore,quicquid horũ euenerit, mors ꝓxima est,quę 41.sen.et 41.aph.li.

At vero huius omnino contrariũ locũ testatissimis,explicatissimisq.verbis lib. de iudicationibus sent.11.ac.2. epid.sec. 18.sen.nõ solũ sensisse,sed plane etiã pronũtiasse, visus est Hip. dum sic loquitur ipse.Quibus in febribus ardẽtibus coxarũ dolor,oculorũ distortio aut cœcitas, aut testiũ tumores aut mãmarũ eleuatio febrẽ ardẽtẽ soluit aut etiã sanguis ex naribꝰ fluxꝰ:citato vero epi.loco sic refert.

Secare autem internas venas morbi magni intensione factu solutio est, coxendicum dolor, oculorum distortiones cœcitas testium tumor mammarũ eleuatio.

Quibus in locis Hip. vnum, idemq. ex oculis desumptum signum, cõtraria omnino in eodem affectu prædicẽdi exhibere præcepta censet. Nunc quidem cœcitate aut oculorum distortione apparẽte proximam ægrotantis inesse mortẽ prædicens: nunc vero eodem signo absolutam morbi acuti crisim, exactissimamq. affectionis solutionem futuram indicãs. Quod in aphorismis equidem recensuit, semper malum portendit præsagium, vt varijs id eiusdem Hip. locis testari ac ratione roborari valet. 1. quidem prorrhet. lib. sect. 2. sent. 37. non in febribus continuis tantum, sed in alijs quoque acutis affectionibus similia accidẽtia perniciosa esse ostendit: vt in nigra reuomẽtibus cibosq fastidientibus, oculus ferox aut clausus pessima indicia esse dicens. Phreniticae inquit Gal. hæc sunt. quod etiam 6. epid. sec. 1. vltima sententia recensuit: in qua etiam lib. sec. hæc omnia clare ostẽdens sic dixit. Quibus circuntẽditur palpebra malũ: malus est etiam oculus

Claudi oculorũ palpebras contingit vel propter conuulsiuã claudentium oculos musculorũ tensionẽ vel propter aperientiũ imbecillitatem.

in ar

inarescens, velut spuma, & obscuratio oculorum mála est, & squalliditas mala & qui intrinsecus corrugantur, & rigentes, & qui vix conuertũtur: & qui intus cõuersi sunt: & quæcumq. alia omittuntur. Hactenus ille, vbi nõ solum ex enarratis pathematis, sed etiã ex quibuscũq. aliis ab accidentium oculorum de sumptis signis, malum acuto affectui præsagium describit, quod ex affectuum vehementia, talia orta accidentia, tũ grauiorem reddere morbum, tum multo quam antea imbecillius subiectum ipsa efficere queãt: citiusq. a duobus quã altero tãtum affectu, grauata natura succumbat.

Quod cum ita sit, vel falsa, vel Hipp. scriptis addita illa videtur sententia: per quã tum his, tum plerisq. aliis grauioribus sympthomatibus ardentẽ (quæ acutior est, simpliciter continua nuncupata) febrem solui, manifeste depromitur: necesse igitur est eius veritatẽ indagemus ne sensus sententiarũ cõtrouersus in prædicẽdo errores pariat. Sic igitur vnaquæque ipsius particula, vera ne an falsa sit aperte demõstrabitur. Ac primũ quidem an coxarũ dolor febrẽ ardentẽ soluat: & quatenus exponamus oportet: nouo quidem

Cõtẽdit p[illegible] mo probare a coxarũ dolore febrem ardentẽ nõ solui varias q. obiectiones author statuit.

dem pathemate, si nō intendi affectū, saltim tamen non solui manifestū esse conspicitur. Cuius rei testimonium Hip. dedit. 5. epid. cuiusdam ęgrotantis nomine Hecason historiam narrãs. Hecason inquit, in Omylo ab immundicia non purgata, & purgatione parua, doloré in coxa habebat, & hic quidem discessit: successerūt autem ipsi febres, & multo tempore in lecto decumbebat, neque bibens quicquam, neque sitiens debilis & horridus: huic commode, inquit ablatus est morbus, velut cōueniebat: opem autem percipiebat, ex his quæ offerebantur: tandem vero erupit morbus deorsum, & totus secessit præ multa bile: & mente motus est, & mortuus: videbatur autē morbum euasurus esse. Hic igitur æger, etsi post febrem, ipsum dolorem coxarū non habuit, sed post purgationē forsan tamē ante doloris ortum febrē ex immodice auctis, multisq. excrementis detentis habuit: subinde tamen, neque dolor ortus, neq. morbus deorsum tendens, neque deniq. totus secedens, remittésq per bilis multę euacuationé, nihil horum ægrum ab interitu liberare potens, exactū nobis indicium præstat, nō per crurū dolorem

15. ægrotus.

cam

eam ardentis feb. aut alterius acuti morbi iudicationē perfici posse: quā per optimam humoris vitiosi per aluum euacuationem consequi nequit. Vti huic ægrotanti contigit. Optimā fuisse huius euationē dixi, quando & multa, & talis fuit vt conferre videretur Hip. ac exinde liberaturum ægrum, cōfidenter ipse sperarет Hip. Sed quod a coxarum dolore ardētibus febribus cōmodum subsequi valeat: tum experiētia, quæ multos huiusmodi laborātes febre ac coxarum simul dolore duob⁹ nimirū grauissimis affectibus simul, perniciose afflictos interiisse quotidie nobis insinuat: tū etiā acuti doloris vis, effectusq. id clare demonstrant: cum ex dolore, deliquia, conuulsiones eximia corporis imbecillitas, ac pleraq. alia vrgētissima sequātur incōmoda, cuius rei testis est Gale. 3. lib. de ratione victus in morb. acu. 31. com. dolor omnis vires exoluit: obidq. extremas partes refrigerat, quod etiā sensit. 1 prognos. 24. co. Rursus fluxionē in partē affectā cōcitat, inflāmationē mouet, ac tādē actiōes eiusdē partis in qua inest delet eodē Gal. teste li. de frac. sec. 2. 72. cō. 2. de fract. 31. co. & 71. com. 2. lib. prognos. ac deniq. vires

contrahẽdo dolor, loca affecta versus originem contrahit, atq. conuellit, eodẽ. 2. progn. lib. 10. comen. Galeno referente quæ cum ita sint, haud quaquam dolor febrem ardentẽ soluet: immo potius grauiorẽ, maligniorẽq. ipsum affectum reddet, plura ipsi nõ pauca quædã etiã lethalia adiũgẽs pathemata. Quod si demum coxendicum dolores ob malignitatem, ac frigiditatẽ simul humoris fieri Gal. 3. aph. 12. cõ. recensuit: quantũ huiusmodi procreatio accidentis ardẽtibus febribus ex biliosissimis, adustisq. semper succis factis prodesse valeat: prorsus ignoram⁹. coxarum igitur grauis dolor ardentem soluere febrem nequit.

Demõstratur primã sentẽtiæ Hip. partẽ verã esse.

At vero primã hãc adductæ sententiæ partem nõ solũ verã, ac dictis Hipp. consetaneã esse, sed genuinã eiusdẽ auctoris doctrinã dici debere, variis ipsiusmet sententiis, rationibus perspicuum cõstat. 7. quidem. 3. sect. epid. æger Abderæ virgo nominata a febre ardente, delirio & surditate affecta, pedum dolore liberata fuit. Restabat inquit pedum dolor de cætero fuit exactæ liberata, adhæc lib. de coactis præno. parte secunda quibus de repente, inquit, dum sine febre

sunt

sunt præcordij, & oris ventriculi dolor, & circa crura ac internas partes, & aluus in tumorem eleuata est, soluit venæ sectio & alui fluxio: his febrire nociuum est. Longæ enim & vehementes febres fiunt, & tusses, & spiritus, & singultus fiunt. His autem ad solutionem tendentibus, dolor fortis coxarum aut crurum, aut puris sputum, aut oculorum priuatio succedit, hactenus ille. Hæc autē sic exponenda censentur. coxarum dolor, aut cœcitas quęuis soluit febrem. Puris sputum soluit tusses, anhelationem siue difficilem respirationem & singultum, ex consequenti hęc quoq. humoris ad crura deriuatio soluit. Quibus in febribus inquit eodem lib. pręcordia nō mollia facies sana, & dolores ad præcordia, non liberantur citra multi sanguinis ex naribus fluxum, aut conuulsionem, aut coxendicum dolorem. Hæc omnia verissima esse, confirmat illa Hip. senten. ex. 2. epidi. sec. 6. desumpta. quæ huiusmodi est. Quidquid supernarum partiū doluerit, dolor ad coxas, aut ad genua, & anhelatio oboriēs omnia hęc soluit. Quatenus vero difficilis respiratio dolorem soluat; ex forti expiratione, quam suli

Idest difficilis respiratio

fuliginosa excrementa dolorem, aut febrem parturientia educi possunt: tum immoderatus partiũ pectoris calor, forti inspiratione hoc est multa spiritus intus latione contemperatur: sicque dolor remittitur. Adiunxit coxarum dolori spiritus difficultatem: quẽadmodum fecit, sec. 4. 6. epi. filiæ Agesij historiam narrãs quæ asmate affecta, orto coxarum dolore, cũ dolebat coxa; suspirio vexabatur: dolore sedato, tũc & suspiriũ sedabatur: omnia enim sunt cõsentanea, totum quidẽ corpus spirabile est. Vt tum ex pulsu tũ alio deriuato humore vitioso aliaq. symptomata alios præfiniunt demuntq. affectus. Quid igitur adductæ Hippocra. senten. 5. epidemion: vbi contrarium assertum fuisse videtur? Verum neque dolor coxarum satis tunc perseuerauit: neque alui deiectio integre facta fuit: quippe, licet multa deiectio facta fuerit non tamen exuperãtem omnem succum detraxit: quando eius non minima portio cerebrum petens, mortiferum delirium procreauit, itaque tunc deceptus Hip. optimam ex humoris magna deriuatione, prædictionem fecit: humoris tamen tum copia tum maligna qualitas, debilem

Circa naturã plurimã vim habet mãma dextra oculꝰ dexter & quæ infra hãc partẽ sunt. 6. epi. sec. 2.

Obiectionibus responsiones.

lem ex longinquo affectu naturam supe rans, ægrum interimens contrarium præ sagio successum tribuit. At hæc si dolor grauissima adeo, affectui adiungens pa-themata ipsum grauiorem efficere va-let ac solet, qua methodo ardentem sol uet febrem. id quidẽ nõ aliter subsequi posse credo nisi tota, aut maior affectus causa ad crura conuersa, tum grauem crurum dolorem progignat tum ex con sequenti, febris persiniatur ipsa. Humo re itaque omnino ad inferiora loca pro cliuium procurante, neque noua alia, præter ipsum dolorem gignuntur pathe mata: neq. deinceps iam febris incremẽ-tum suscipit, sed potius declinationem. Quod si nonnumquã accidentia ex do-lore oborta, mortem concitent, non pro pterea falsum sequetur, dolorẽ ardentẽ profligasse febrem. Nõ enim inquit Hip po. dolorem crurum absq. vllo pericu-lo febrẽ semper soluere, sed ipsam solue-re posse: id autem verissimum est, vti per multa alia pathemata febrem, & a-lios soluere affectus, in aphorismis ip-se recensuit. Quorum malas sæpe fuis-se crises, non ignoramus. Demũ nõ sem per crurum dolor à frigidis succis or-

tum

tum trahit:nisi is qui ex lõgis affectibus producetur:immo dolor in ardentibus febribus adnatus, quasi semper inflammationis naturam sequitur:quod ex succi affectum progignentis portione originem traxerit. Ideo tum grauis, tum acutus ab Hippocrate is nuncupatur dolor: qui similem natura affectum profligare valet. Hęc itaq. de priori sent. parte, deque eius veritate asserta sunt:nunc reliquas simili methodo prosequamur partes.

An oculorũ distorsio rdẽtẽ febrẽ soluat & quatenus. hebetatus oculus, malũ & concretus ĩmobilis p. & tenebrosus si fuerit, malũ. 1. pror. sec. 2. 11. sen. Quatenus hi differẽtes morbi gignãtur Gal. in cõm. declarat.

Quantum ex oculis praeassumptum conferat signum ad omnium corporis affectionum praesagitionem, ea quae nostrę disputationis initio asserta sunt, euidenter declarant. Omissis itaque ac contrariis exinde praesagiis, tum ab Hippo. & Gale. relatis sententiis: obscurã hanc sententiae partem exponamus. Oculorũ igitur distortio in febre ardente subsecuta, etiam si per se humoris malitiam denotet, tamen post aliquam insignem subsecuta euacuationem commoti, ad expulsionem succi quam minima ad oculos deriuata portio distortionem faciẽs bonum portendit indicium. Ideoq. tempus morbi, vires symptomatum vim, &

& an vacuationes præcesserint perspicienda sunt. Sæpe enim bonis signis fidẽdum non est, neque semper ob mala formidare peiora, generosi medici dignum est.

Vt in crisi fiente, contingit lege Aeti. lib. 5. cap. 23.

Non solum in citato de iudicati. lib. sed passim in li. de coactis prænotio. Ab oculorum cœcitate ardẽtem aboleri febrem recitat ille. At non quod desistat à corde ea minima portio, quæ vidẽdi functionem abstulit ardẽs remittitur febris. Cum hæc minima sit, respectu illius abũdantiæ succi tantum producentis affectum: quæ licet alio transferatur, proinde tamen affectionis causa haud quaquã minuitur: tamen solui affectum exinde prædicimus, quoniam quando is ad oculos deriuatus est humor, qui visiuã omnino potentiam delere valet: multo maiorem ad cerebrum quantitatem eiusdẽ deriuatam fuisse, merito iudicamus, ac totam simul non parum, è causa, detrahere cẽsendum est. Tamen non sine euacuatione præmissa, in qua simile pathema congenitum ex commotione fuisse credendum est. Optimum exhibere signum referendum est, misit vero ad oculos similem natura succum vehementer

An coecitas febrẽ ardẽtẽ soluat & quatenus.

ter à morbo defatigata, nam quæ valida, ac robusta in acutis persistit affectibus. etiam per loca cõferentia nociuos expellit humores: quæ vero vt maxime imbecilla consistit, vt à morbo vindicetur, sapienter quæ perficere potest, peragratur: minorem quidem affectum victoriæ nimirum facultatis priuationem, quam vitę discrimen potius eligens.

An testiũ tumores & mãmarum eleuationes ardẽtẽ soluere febrẽ valeãt & quatenus.

Non obscurum quoque est dicere, febrem hanc, aut tussim aut alium superiorum partium affectum, ab inferiorum partium pathemate, vti testium tumore, declinationem accipere & solui, nã vt huiusmodi humorum contingat trãspositio, deriuatioque euidentissimum est sympatiæ familiaritatisque argumentum. Vt cum dixit Hippocrates. 2. epidi. sec. 5. quibus tussis sicca adest, non soluitur nisi dolor vehemens in coxendicem decumbat, vel in crura, vel in testem. Inquit enim Galenus. 6. epidi. in historia Agesij. Quamquã his partibus. cum thorace nulla affinitas, sed cum genitalibus particulis intercedat, verisimile inquit postea est, & a dextra pectoris parte quando graue illud onus sublatum fuit, aliquid ruptum fuisse, & idcirco

circo e regione dextra, dextram coxendicem affectam esse. Plurimam quidem vim circa naturam habet mamma dextra, oculus dexter, & quę infra sunt hāc partē. 2. epid. sec. 6. Hippocrate referente. Licet igitur pectoris cum coxendice minor multo quā cum testibus affinitas adsit, nō raro tamē ad crura humor deriuatur: tū quia grauior eo, qui ad testes ꝑ similē affectionē confluit sit tū etiā quia crura forsan per affectū imbecillima existentia fluxionē ipsam facilius quā reliquæ partes recipiāt. Itaq. perdocta natura affectum aliquem soluens, vel euacuatione simile opus perficit, vel symptomate: sub euacuationis nomine sanguinis ex naribus fluxus continetur, & sudor, vrina multa, vomitus, puris sputum, alui fluor, & ea quæ per insensilem resolutionē fit eductio, & abcessus subpathemate, ea tātum accidētia, quæ ex eadem affectus causa pronata, ipsam afficiēdi causam in aliā minus principē partem mittunt, deriuantq. tum etiam abscessus omnes continentur: mammarum igitur tumor etiam si nō lōginquis locis ardentis febris efficientem trāsmittat causam; ipsam tamen, vt cumque

Dysenteria & hæmorragiæ, tū ad vacuationē, tū ad symptomata referūtur

foras

foras protulit:ſicq. mitiorem reddit affe ctum. Quæcumq. etenim, ad exteriores partes feruntur affectiones, periculo vacant Hippocrate teſte ab angina dicéte affecto, tumor & rubor in pectore ſuperueniés, bonum: extra enim vertitur morbus. 50.71. aphoriſ. ſenten.

Et. 37. 61. aphoriſ.

Cum ardentes febres flaua bilis in latioribus vaſis vna cum ſanguine efferueſcés, efficiat. 1. epid. ſec. 2. 73. com. ac pleriſq. in locis Gale. referente. Proinde ardentibus febribus, ſanguinis è naribus profluuium familiariſſimum præſidium exiſtit: per quod magna ex parte iudicari ſolent. Nam etiam ſi. 2. epi. ſec. 3. Hip. illud negare videatur: ita vt quamuis in die iudicatorio ſimilis fluxus accidat, non ſatis prodeat. Quarta inquit die ſanguinis è naribus fluores difficile iudicãt in cuius com. Petrus Iacobus Sſteuæ, doctiſſimus alioquin medicus, cenſet cum Hip. multos ab acutis morbis hoc ſanguinis fluore liberatos fuiſſe: vt ægrotos 1. epid. 3. temporis conſtitutione: verum numquã acutorum affectuũ quarto die perfectam fieri iudicationem probari cõtendit, ſimili euaſione deceptus. morbo inquit per pares dies exacerbato non poteſt

Sanguinis e naribus fluxus ardenté ſoluit febré.

1. epi. ſec. 2. 75. cõ. & 63.

Vt phyliſcũ & cherioné ægros 1. & 3. epidi.

potest quarto die iudicium, aut per sanguinis fluorem, aut modo aliquo in salute ægrotantis contingere, cum tunc necessum esset, admodũ veloci motu morbum moueri: quod si acciderit, certam esse ad diem sextum mortem, Gale. pollicebatur. Neque morbo per impares dies accessionem habente, commode quarto die fieri iudicium potest: relinquetur sane quarta die erumpentes sanguinis fluores, in morbis acutis difficile iudicari. Nã imparibus qui per impares dies fiunt, affectus iudicantur, quarto vero die non possunt: quod si accidat, morbi potius attrocitate, ac vehemẽtia, quam naturæ in pulsu fiet. Sin autem per pares dies contingant accessiones, atq. in salutem finiendus sit, morbus, cum necessum sit in longum tempus iudicationẽ protrahi, sane neq. in hoc quarto die erumpentes sanguinis fluores boni erunt consulendi: hactenus ille. Sed vetustissimus Hippocra. aliter de hac iudicatione sentiens periculosissimis morbis siue acutissimis, primum insultum intra primum quaternarium constituebat: quod si his die quarto copiosissimus per nares affluxerit sanguis, ipsos sine dubio commode

3. Præsag. 2. &. 3.

Sanguinis e naribus largi fluores liberãt plerũq. vt Heragoræ cõtingit: cuius medici nõ erãt Gnari: Hip. 2. epi. sec. 1. 29. sen.

In cuius cō. idē Petrus Iacobus steuæ largos itaq nō absq. rōe dixit quasi tales nō sint vt corp9 pos sint oio expurgare tātū absūt vt cō ferāt emolumēti quicquā. quātū quæ virtute irritata velu ti morbi symptomata fiant. Decretoria enim quæ iudicia pficiunt, sicū se promūt nō discernant morbos cōmode: procul dubio aut læthalia sunt aut saltim vt prauā faciāt iudicationē est necessariū. Cæterū nō aliter cōmode

mode soluere poterit: robusta ægrotantis natura, velocissime inimicum è domo sua pellens. Quod si referas id nequaquam absque coctionis signis perfici valere, ac ipsam adeo pernitiosi attrocisque succi naturam repente ita conuinci, ad absolutamque coctionem subiici, difficillime credi posse: atque si tantum adeoque velocem coctionem id admitteret, & non peracutus sed saluberrimus potius is dicendus fuisset affectus. Quibus respondemus validæ naturæ, quæ potens fuit copiosum per nares trās mittere, ac expellere sanguinem affectus nimirum dempta causa, haud difficillimum esse, simul affectum demere. Neque non raro visum est, tribus primis diebus ex sanguinis intra vasa per ardentem febrem ebulitione vrinam velut iumentorum conturbatam, & absque vllo iudicio eiici; quarto vero die & coctam percipi, & simul morbum per aliquam vacuationē solui. Nam si in quarto acutorum die similis aut quæuis alia euacuatio contingens morbo per pares dies accessiones habente & ad sextū diē interitus prorogatur: Id potius defectui quantitatis succi effluxi, quam defectui

diei

die decretorij, referendum est. Quippe si integer in quarto à natura ex pulsus fuisset vitiosus humor, non solum non interiret æger: verum etiã eodem die secundam valetudinẽ recuperaret. At posse in quarto die peracutum solui affectũ, nullis pręcedentibus coctionis indicijs, & experientia id passim docet: & ex Galeni emolumentis clare percipitur quando oculorum sæpe affectuum obnimiam breuitatem, dignosci tempora nequeant: sed prius ipsa pertrãsierint ante quam agnitionem eorum differentia præbeat. Tempora vero ex coctionis præcipue signis perspiciuntur. Restat igitur non solum sanguinis è naribus fluore ardẽtem pręfiniri febrem: sed etiam cum in quarto die is contigerit fluxus, morbi huius solutio consequetur. Difficile quidem iudicium promittit, non his acutis affectibus, qui per pares dies paroxismos habent: sed his qui per impares cursum faciunt: ideo in felix ab Hippocrate cõnumeratur: cum non aliis diebus, quam in accessione oppressis iudicium morbi fieri liceat.

Quibus ad hunc modum recensitis,

fluere potẽrũt: quasi large vbertim que fluãt: q enim pro morbi rõe sãguis igitur si ĩ decretorio die fluat, excipiendus est: neq. aliquomodo coercendus. siquidẽ is solus ĩ cõpescẽdo decretorio fluore scopus est vt scilicet pro ægrotãtis virtute admittatur neque tãta sanguinis copia fluat vt possit vires ipsas funditus cõminuere. Qđ etiã 6. epid. Hip. docuit, vbi nos paulũ fluori insistere prædocebat

constat veram ac genuinam Hippocratis sententiam eam esse: vbi à cœcitate, ardentem solui febrem lib. de iudicationibus retulit. Qua ergo methodo cum asserta aphorismorum sententia vbi ex cœcitate mortem in eodem præsagit affectu, cõueniat, ac contrarij ipsi loci concilientur, nunc referamus decet.

Cõtrouersas has Hip. sen.

Ne longitudine enarrationis molesta exponendi euadat methodus: Ideo quã breuissime, controuersos hos dilucidare locos cupiẽtes: vtramque sentẽtiam verissimam esse dicemus. Oculorum etenim pathema, quodcumque sit siue cauitas, cœcitas, distortio, corrugatio, vel eximia inflammatio sit, sæpe malum, sæpe optimum insinuat euentum. Pessimũ quidem, dum morbi magnitudine, id est in vigore permanente succedit. Id equidem humoris atrocitate, coacta victaque iam (morbi potentia) natura contingit. Optimum vero exhibet signum, dũ morbus in vigore cum pertinacia non permanet, sed apparente aliquo oculorum pathemate declinat ac moderatur: tum siquidem iure optimo præsagiendũ est acerbitatem morbi, & acutiem quam breuissime profligandam: præsertim si

In acutis succedẽs malis.

ipsum

ipſum poſt aliquam ſucceſſerit euacua-tionem, etiam ſi non inſignē:tunc enim euidēs ſignum eſt naturam, humoris ma litiam vincere, & in longinqua à corde loca morbi cauſam deriuare poſſe. Et cũ in aphoriſmis, hæc ſigna febri non inter-mittenti accidentia, mala eſſe retulit: prudenter id aſſeruit. Poterat quidem continuæ febri dicere: tamen vt denota ret exinde præſagituro medico, febri bus non intermittentibus, ideſt non re-mittentibus ſed in vigore cõſiſtentibus, accidentia talia ſymptomata, malũ ſem per portendere indicium Ita vt niſi dé eo morbi tempore, id perſentiret Hip-pocrates, falſum eſſet aſſerere propin-quam talia indicare mortem. Sat quidē erat alias ipſa euenientia, mala exhibere ſigna perſcribere. Continuis vero inter-mittentibus non ad in febricitationem, ſed remittentibus euenientia, optimum inſinuare præſagium. Febres quidem cõ tinuæ, quocumque modo intermiſerint periculum abeſſe ſignificatur. 4. aphoriſ morum. 43. ſententia Hippocrate refe-rente. Vbi non per intermiſſionem in fe bricitationem, ſed febris remiſſionem vt ſic loquar intelligit. Proinde quocũ

que modo intermiſerint dixit. Quæ omnia hoc pacto ab ipſo Hippocrate vſurpari edocerique; illa ſuperius recenſita de coact. præn. ſententia pręclare oſtendit: dum febre, tuſſi, anhelatione, & ſingultu, ad ſolutionem tēdētibus dolorem coxarum, cœcitatem & reliqua fieri aſſeruit? Quid enim aliud eſt ad ſolutionem affectum cōmitti, niſi remitti, ac declinare? In declinatione propterea hæc contingentia quo tempore imbecillus eſt ægrotans redditus, optima exiſtunt. Cuius ꝺ nomine etiam ſi in eneruato ob acutum morbum corpore ipſa contigerint, ſæpe optima eſſe prædixi. Quod ſi poſt aliquā euacuationem euenerint, certius ac breuius portum ſalutis pollicentur. Hæc igitur de controuerſis his relata locis in præſentiarum ſuficiant, quorum expoſitione ad alia ex oculorum ſymptomatis præſagia non difficulter ingenium cōuertes, cum hæc exempli gratia aſſerta ſint.

Non

Nōnullarum Hippocratis ac Galeni difficilium sententiarū circa oculorum disputationem attingētiū, sequūtur cōtrouersiæ.



Vod si pręterea vlcus in membrana sub oriatur, sic profecto multo magis compositū morbum particula ipsa sustinebit. At nihilominus totus ipse oculus composito morbo laborare dicendus est. Atq. huiusmo di sunt qui ex accidenti ad totum referuntur instrumentum morbi compositi. 1.de morb.dif. cap. vlt. Gale. referente Quæ senten. non parum difficilis extat: si vnitatis quidem solutio non minus proprius organorū quā simpliciū partiū morbus existit, quatenus istrumētis ex accidenti noxam inferat, dubium est. 1.

Dolor oculorum, absq. plenitudine vniuersi corporis, obstructione & cōpactione crassi sanguinis ortus, balneū & vinum postulat: si vero plenitudo adsit, sectionem quidem venæ desiderat, non autem vinū aut balneum. 7. aphoris. 46.

Cui maxime eiusdem ſententia refragatur. Nam ſi depoſita plenitudine per venæ inciſſionem, craſſus adhuc continetur ſanguis balneum, vinũ maxime proſunt. Quare igitur in dolore oculorum à craſſo, & compacto ſanguine orto, cũ repletione ſanguinis facta inciſſione, balneum non proſit, nequaquam explicat: ipſum tamen prorſus vetat.

In doloribus proximum ventrem purgare, & ſanguinis ventrem reſcindere, vitio, ſectio, calefactio, &c. epid. ſec. 6. ſen. 5. quam ſic exponit Gale. in oculis dolentibus, vniuerſi corporis prius inutilem materiam medicamẽto educimus Quod ſi redundet ſanguis, ad cubiti venam exteriorem quam humeralem vocant, ſcindẽdam accedimus. Sed cur præſente ſanguinis multitudine, medicamẽtum ante ſanguinis miſſionem nũc Gal. exhibeat, nullam exhibet cauſam: in memor forſan eius quod ſæpiſſime docuit, plenitudini ſanguinis primã præcipuãque per eiusdem detractionem, medellã deſcribi. 9. quidem lib. methodi cap. 5. ſeni inquit, merito quædam, ſanguinem mittendum adhortantur: quædã dehortantur. Siquidem ea pro vacuatione omnino

nino suscipitur. Quandocumque igitur morbus vacuationem per initia expostulabit, primo sanguinem mittẽdum esse indicabit: cum primo ac omnino sub vacuatione, ea quæ fit per venæ incissionem intelligatur: cum omnium humorum hæc sit euacuatio, ante reliquas est perficiẽda. Quamquam enim ex stomacho mali consensus oculis factus fuerit & duplici causa stomachus primæque venæ purgata sint: vt dempta nimirum causa dolor amoueatur: & ne repleto stomacho, inculpatũ e venis sanguinẽ primo detrahentes ipsæ perniciosum, ab illis primis attrahentes succum, læthalẽ aliquem generemus affectum. Quamuis ergo propter has causas medicamẽti præscriptio commoda censeatur: tamen cũ per clysteres oportune satis pro præsenti ea occasione communes ventres ducti ad maiora, & magis necessaria auxilia prępareñtur. Ideo immisso clystere maiori plenitudini occurrentes, sanguinẽ, morbi initio mittimus: vt citra corporis perturbationem & citissime totius corporis repletioni, & oculorũ dolori medeamur. Vtique ex medicamenti agitatione, ac humorum cõmotione, vitio-

ſa parum venarum ſucci qualitas facilius quam per venæ inciſſionem nō præcedenti purganti medicamento impartitur. Maior quidem multo ex medicamẽtis cōmotio quam exinanitis aliquantum venis attractio conſequitur, ac cuique dolori ex repletione orto citius miſſo ſanguine, quam exhibito medicamento auxiliatur: quod præſentaneũ ac magnum fuiſſe, ex detracto ſanguine auxilium ægri ipſi cum honore noſtræ artis fatentur. Quod pręterito Hippocratis loco manifeſte docetur, vbi in dolore oculorum ſanguinis mittendi auxilium, non tantum vtilem, ſed tamquam magnum deſiderari. Ipſum igitur dum opus fuerit, ſemper ante medicamentum perſcribatur.

4. Quemadmodum oculis riade laborantibus ſin aliter videtur conducere, in fauces retrahere conuenit. 6. epidi. ſec. 2.31. ſenten. Hippocrate auctore cui loco Gale. in com. aduerſarius extat; exẽplum de remediis oculorum in eadẽ parte traditũ, nequaquã cũ aſſertis in præcedẽti ſententia cōuenire referens: ſiccare enim & aperire aliud eſt, quã retrahere.

5. Auxiliorũ reuellentiũ hæc vna quædam

dam species est ipso Hip. nobis consulēte diuturnas oculorum fluxiones traducere ad fauces per aeria medicamenta retrahentibus: quibus palatum inungere vtque gargarizent, iubere cōueniet: nisi vereamur, ne fluxio ipsa cōuertatur ad asperā arteriā atq. pulmonem: sequētis sent. epi. com. Gal. cui Hip. & Gal. senten. ratio plurimum defragatur. Diuturnas quippe oculorū fluxiones per acria posse retrahi medicamenta videtur impossibile, aut prorsus maxime difficile. Immo potius augeri debere notū perspicitur: frigidis quidē ex fluxione succis ab acrib⁹ calor additus fluxionē potius augebit quā retrahet. Tum etiā difficile creditur in his fluxionibus his accōmodatis auxiliis, ad asperā arteriā, aut pulmonē vitiū aliquādo nō retrahi: immo semper ad eas partes cōuertetur. Frustra igitur Gale nisi ad eas partes humorem conuerti debere vereamur, scribit.

De oculorum inflāmationis curatione Gal. 13. met. loquēs sic inquit. Vacuatur quod impletum est, nonmodo digerētibus medicamētis, sed & astringētibus & refrigerātibus. Cui refragatur ratio, quippe astringentia & refrigerentia tantum

tum

tum ab sunt, vt vacuãtia dicantur: quin potius vehemẽter obstruant, inflammationemque exinde adaugeant.

Controuersi hi loci absq. expositione relinquuntur, vt studiosi lectoris animum ad Hippocratis & Galeni prælectionem hac ratione magis incitemus.

2. Canon. Cum acerbo aurium dolore senes lædũtur, non minus quam iuuenes periculo sunt obnoxij.


Cerbus dicitur dolor & ob vehementiam lęsionis potẽti aliqua obortã causa, & ob loci sentiendi acutiẽ: vehemẽs, semper inflammatione perficitur, & ad proportionẽ febris: sentiendi acuties ex insigni neruorum propagine, quam quintam esse cõspicimus, a cerebro dimanãtium continuata, viciniaque cum illo per oritur. Cuius causa orto vehementi aurium dolore, magni cerebri affectus vt delirium, phrenitis, carus & apoplexia pertimescendi sunt. Vnde merito Celsus dixit aurium morbos

cere

cerebro quam citissime impartiri, oculorum vero vitia intra ipsos manere: hic igitur dolor & cum acuta febre & in interiori auris parte locatur: in ea præcipue, quæ extremitati nerui cõiungitur. Quemadmodũm enim per sanitatẽ, hæc sentiendi munus præcipue peragratur, ad eundem pari modum, per morbi constitutionem alterationis sensum maiorem obtinet. Nam si innatus spiritus illi cauitati per exigue vbi & meatus, & neruus extremum quoddam efficiunt, ab externo aere agitatus, ac compulsus, somnum constituit: nerui quidem principium molestans, dissimiles motus gerens: eorumque differentias sensilis prędicta particula exacte sentit, agnoscitq. Cui muneri post hanc, reliquæ particulæ adiumentum præstant: sicut reliquæ oculorum partes, post crystalinum humorem, cui pręcipue visorię facultatis munus incumbit, idem præstare videntur. Itaque si is locus audiendi functionem præcipue peragratur: ex cõsequenti quęuis præter naturalis auditorij meatus passio ipsi primo tribuenda cẽsetur: non immerito exinde dolorem inter affectiones grauem affectum, ipsi tributũ parti

Qui con nutritur ac fouetur ab aĩali spũ p quĩ tã partẽ neruorum, aliter a quocũque calore dissoluetur.

particulæ(dum is acutus sit)siue iuuenibus,siue reliquis alterius ætatis hominibus,æque grauissimum, ac maxime periculo obnoxium ad esse percipimus. Illis quidem calida cerebri acuta pathemata exinde subsecutura timemus. Senibus syderationem, pueris conuulsionem, aliaq. læthalia symptomata eodem nomine oborta sæpe fuisse scimus. Aequale his omnibus periculum extans: aliis quidem ob immodicum calorem, aliis ob ingentem obstructionem, aliis denique ob imbecillimam partium facultatem lęthalis ipsa auris inflammatio fa-
25.& 26. cta. Quibus non parum Hippocra. sent. refragare videtur quum. 3. prognos. sic alloquitur ipse.

Aurium dolor acutus cum febre continua,ac vehementi difficilis est: periculum enim delirii & mortis imminet. Postea vero, sic inquit.

Natu minores septimo die, aut citius ab hoc morbo interimuntur. Natu vero maiores multo tardius:febris enim ac delirium eos minus infestant, & aures eis ob id antea suppurantur: hactenus ille.

Vbi manifeste docere videtur Hipp.

acutũ

acutũ aurium dolorem, nequaquã seni bus atq. iuuenibus æque periculosum existere: cuius rei causam pariter scribit, quoniam nimirum, per caloris defectũ minor ipsis natu maioribus inflammatio contingat. Tum etiam eodem defectu minus inflãmatorij cerebri consurgũt affectus: tũ pariter ante ipsorũ generãdi occasionẽ puris generatio ꝓueniẽs, longius perdurare affectũ ipsum efficiat. His vero per Hip. recensitis causis nõ parum aduersæ aliæ existũt causæ, ꝓpter quas idem dolor periculosior multo senibus, quã natu minoribus iure dicitur. Vtiq. dissimilis naturę morbus existit imbecillimæ facultati cõtingẽs, ac deniq. minus in his abscessus supurationẽ expectãs: hę tres maximę, ac genuinæ sũt causę, maiorẽ præcipitãtis periculi ĩdicationẽ in senibus, quã in cęteris ꝓmittentes. Peliculosior quidẽ per eundẽ Hip. affectus existit, qui cõtrariã subiecto, cui inest naturam persequitur. In omnibus inquit minus periclitantur, quorũ naturæ & ætati, & habitui & tempori magis cõgruit morbus: quã qbus secundũ nullũ istorum cõuenit. Idq. Gal. cõ. perdocte roboratur. Putant nonnulli inquit ardentẽ

dentem febrem hyeme factam facilius posse sanari, ea quæ fit in æstate, nōdum aduertentes, quod maxima affectio causa est, vt febris ardens hyeme fiat: neque enim ab initio facta fuisset, nisi causa potentior temporis cōtrarietatem superasset. Ad hunc itaque modū de ætate prædicere possumus: senibus etenim continua ac vehemens febris acutusq. auriū dolor haud fieret, nisi validissima causa, ætatis contrarietatem superasset. Rursus propter imbecillas quoque vires dolor hic, his periculosior existit: in senibus inquit Gale. 41. com. 7. aphorismorū lib. omnia mala peiora fiunt propter ętatis imbecillitatem. Virium propterea exactam medicus notitiam cōtinere debet: tāquam firmissimam ad omnem morborum præsagitionem stateram conspiciēs ipsam ac metiēs. Robusta quidem facultas omnia contemnit pathemata: ipsorū que praua indicia superat omnia: debilis vero non solum a quouis substernitur accidente, verum etiam in morbis ipsa præsente, reliqua optima signa difficile iudicant. Quod videtur insinuare Gal. in quodam libello. 16. librorū pul. compendio nuncupato, Si quando inquit

Ex nullo morbo senes magis, quam natu minores cōualescunt Gal. 2. progno. lib. 69. com.

quit in homine febrem habente vna cũ signis coctionis robustas etiam vires cõperias cum omni periculo vacare, & celeriter morbum soluturum: sin autem robustæ vires sint, nullum tamen in humoribus coctionis signum appareat, tunc longiori temporis spatio ægrum seruandum esse coniicies, vbi aperte Gale. docuit, præcipuam ad prædicendum è viribus indicationem sumi: vt quæ robusta cum sit, prauam reliquorum signorum insinuationem superet vincatq. In quouis vero morbi genere ad firmam præsagitionem habendam propriæ facultatis robur earum partium, quæ male affectæ sunt principatum obtinere videtur. Cũ demum iuuenibus cuiusque facultatis vis maior, quam natu maioribus adsit: non solum de acuto aurium dolore, sed de reliquis affectibus melius præstantiusque præsagium ipsorum, quam senum efficitur.

Deinceps id quoq. eadem methodo prędicemus: propter abscessus impotentiam vel vt satius loquar, propter suppurationis tarditatam. Ná cum Hip. refert, & aures eis antea suppurantur, dicendũ est neq. ad abscessum, neque ad eiusdem

ſuppurationem ſenes cito humores du-
cere poſſe: propter virium nimirum im-
becillam facultatem. Senectus quidem
idoneos ad abceſſus ſuccos cõtinet: craſ
ſiores quidem quam iuuentus: verum a-
lia multo magis vrget cauſa vt ex his,
raro abſceſſum generet: citius quidẽ mor
daces ſucci quales in acuto aurium do-
lore reperiuntur, cum debili viriũ facul
tate mortem, quam abſceſſum inducere
valent. Neq. ſi in ſenibus craſſus admo-
dum auulſuq. contumax aderit ſuccus,
in abſceſſum cõuerti poterit: per paruiſ
ſima cutis foramina ipſe tranſire, ac ex-
pelli nequiens. Iuuenis vero cum facul-
tate robuſta ſit, tunc abſceſſus faciet, cũ
craſſus aderit exuperans reliquos ſuc-
cus, vel tenuibus humoribus mixtus.
Solius quidem tenuis ſucci numquam
abſceſſum, ſed expulſionem per aluum,
vel per ſudorem, aut vomitum concita
bit. Itaq. ſi in aurium acuto dolore craſ-
ſus aliquis ſuccus, aliis conſiſtentia te-
nuibus admixtus fuerit ac iuuenis ſit eo
affectus, citiſſime abſceſſum ſolet accer-
ſere: ſin autem tenues tantum ſucci ip-
ſius affectionis cauſa exiſtant, eos per a-
lias euacuationes eiuſdem ætatis ſub-
iectũ

iectum expellit. Senectus vero si asserti morbi causam, ex crassis solum succis obortam continuerit, rarissime abscessum pariet. Sin autem ex permixtis succis dolorem habuerit: non raro ante quam in abscessum ipsos conuertat, mortem concitabit: ab eorum enim mordaci qualitate, morbi contrarietate & imbecilla virium facultate, ab his denique omnibus conuicta natura ægrotantis omnino sucumbit.

Quod de suppuratione relatum antea est, his quæ in prædic. lib. Hip. recensuit, nimis aduersum esse conspicitur. Suppurati dicens ex peripneumonicis morbis seniores magis moriũtur: ex aliis aũt suppurationibus iuniores moriũtur magis. Perpendamus igitur naturam suppurationis, exindeque qui horum magis periculo obnoxij sint, facile percipiemus. Suppuratio igitur neque simpliciter bona, neque exacte mala naturæ commutatio adest. non enim sic mala est, vt quæ fœtorem continet grauem: nam quæ nimis fœtet, nihil iam eius qnod secundum naturam erat, obtinet: & præter natu-

Quã minime graueolẽs Hip. dixit. 2. apho. 47. & 5. sun.

ralis omnino talis mutatio appellatur. At puris ex sanguine generatio semi malam inquit Gale. cõmutationem accipit. Neque simpliciter bona, sola enim nutritio partiũ bona alimenti in naturam partis mutatio appellatur. Puris equidem generatio inter has mediũ obtinet locum, neq. à solo calore secundũ naturam neq. ab extraneo tantum facta perficitur. Mixtus enim ex vtrisq. calor vnum efficit opus, si aliquid naturæ limites excedat, pus ex sanguine calor ipse generat. Si vero nimis excedat fœtidas suppurationes id est omnino naturę contrarias mutationes pariet. Seniũ itaque caloris defectum & præter naturalis augmentum efficit, vt in aurium inflammatione potius fœtidas id est periculosissimas suppurationes, quam optimas expectemus. Nã cum abscessus fiũt aliqua ratione morbi iudicia contingũt sin minus tentãtur, & hoc nisi per facultatis naturalis robur perfici in fortibus morbis nequit. Eiusdem abscessus tum suppuratio, tũ simul expulsio quæ maiorem contra morbum victoriam indicat. Fortiorem quidem naturam morbiq. præfinitum magis impetum postulabit.

Suppuratio ex inflãmatione nõ est morbi pfecta solutio sed pmutatio & a suppuratiõibus quidã moriuntur, quidam salui fiunt, in quibus hæc cõsidera: locũ in qué erũpũt, figuram quã retinét, & substantiã succi qui erumpit.

bit. In his igitur abscessibus qui in senili pectore fiũt, maius quam in reliquis corporis partibus si fierent periculum imminet. Cum hi enim per paucum in vicinis cordi locis innatum contineant calidũ: cuius ventilatio expiratioq. à magnis ex capite & ex vniuerso corpore in respirandi instrumenta humorum fluxionibus non tantum factis sed fientibus adhuc destillationibus prohibentur: sicq. hi facillime suffocátur. Altera causa est puris eductio, quæ nimis difficilis in senibus est, natiui caloris paucitate huiusmodi euacuationem libere integreque perfici prohibente. Quam præcipua sit hæc causa indicat Gale. 6. epid. sec. 3. 11. com. illius nimirum sent. omne suppurans non reuertitur, ipsamet enim concoctio, & iudicatio, & abscessus vt grauedinosis inquit ille, & raucis ob destilationes ex capite, cum super addita febre frigida iuxta atq. humida fluxio concocta fuerit, & concocta expulsa fuerit, firmam morbi iudicationem fuisse, neque amplius hominem denuo ægrótaturum spera, hactenus ille. Vbi docet debiles, aut senes febre, ad frigidas fluxiones cõcoquendas, exppellendasq. ob caloris

paucitatem indigere. Cum igitur natu maiores ad hęc omnia peragenda, constantibus viribus careāt: proinde citius ab his pectoris suppurationibus, quā iuuenes interficiūtur: p alias vero suppurationes iuuenes magis pereūt: non quidē ob eas sed ob febres, ac dolores ipsum cō comitātes affectū. Quæ oīa in his multo maiora fiunt: symptomatum ergo magnitudine, & sanguinis feruentis tunc copia per huiusmodi suppurationes, natu minores aliis citius immo potius ante quā pus ipsum expellere valeāt pereunt. Tū deniq. febres ac symptomata omnia grauiora his quā senibus fiūt: sed si ab his senes infestātur, propter assertas antea causas breuius, prōptiusq. interfici solēt. Non raro tamen perspectū est, ab ardētissimis febribus, aliisq. pathematis, iuuenes esse è vita dēptos: à quibus quātumuis grauissimis senes liberatos fuisse cōspeximus. Hęc igitur præcipua causa censetur, propter quā ex ætate indicatio sumpta, ad viriū indicationē merito redducatur. Neq. enim quod annosus senex sit, sanguinis missionē ferre nequit: sed quin diuturnitate tēporis calor deficiens innatus, ipsum debilem fecerit non tantum ad curationis optimam me

Senectutis tres partes scribit Gal. 5. sanit. tuen. quas prudēter in suū vsum Valerio la conuertit ac describit lib. 5. cap. 3.

thodum prosecuturam: sed ad prædicendi etiam opus non parum hæc animaduersio proderit. Proinde in simili statu morbi siue natu maior, siue minor æger sit robustus ne an eneruatus ipse sit ad vtrumq. munus absolute perficiendum prius maxime indagari, inuestigarique opportet. Non enim tantum signorum multitudinē, quantum cuiusq. vim considerari decet. Esseq. cōferēda bona malis: ac præstare nonnumquam vnū pluribus, docte Gale. asseruit. Propter quod his quæ de loci Hip. cōtrouersia attulimus, recte idem satisfacit dicens. Cū ergo fallax hic loc⁹ sit celeriter animū aduertere oportet his omnibus signis, à primo die. Aduertenda igitur cuiusq. signi vis, neq. enim quod in signum, aliis quibuscumq. consferri posse aut parē habere cum illis fidem notum est: sed quædā addunt coindicantq. nonnulla aliorū vim non nihil detrahētia sic operari, aut prædici prohibent impediuntque. Dum igitur acuto aurium dolore senex affectus fuerit, non minus quam iuuenis periculo obnoxius erit. Tum propter assertas initio causas, tum etiam quia ętas nihil per se indicare valet.

Canon. Indicium ex ægri naribus desſumptum, ad prædictionem raro ſecurum.



ET ſi enim Hippocrates prędictionum lib. 2. particula. 5. clare referat, nares in febrientibus & multa & bene indicare. Neq. ſi earum humiditas, aut ſiccitas, ſanguinis profluuium, multus ſpiritus, effuſio acuties, frigus immodicum & reliqua quæ in hac parte indicia accidere ſolent, ægrotantibus accidant: per ſe ſecurum iudicium, ſiue præſagium promittunt. Quamuis enim humidas nares in ægro perſpicias non ſtatim exinde in apoplexia, paralyſi febre ardente, aut caro, optimum aut malum præſagium exhibebis. Quibus enim hoc per humidum cerebri affectum euenit, duo præcipue aduertit: ſignum equidē & cauſam: quatenus ſignum eſt, humoris in cerebro exactam multitudinem indicat, ideo malum portendit indiciū: qua ratione vero, expellitur humor, qui morbi coniuncta cauſa eſſe conſpicitur opti-

optimum insinuat euentum, Nec tantũ id sed quantitatem affluentis succi perpendimus: rursus an idem ad oculos cõfluat, guttur vel pectus an ad stomachũ pariter fluat. Neq. narium siccitas per se aliquid proprie indicat, nam si optimũ quod exuperantem nullum in cerebro adesse humorẽ insinuet propterea ipsum dicimus: tamen si natura copiam succi in cerebro contenti non naribus, sed pectori, aut stomacho absolute conuertat: tantum abest, vt optimum ipsum nuncupemus, quin potius malum esse contendamus. Ideoq. huiusmodi desumptũ signum fidem non habet. Cum natura ipsa plerosque præter nares cerebro, expulsionis destinauerit ductus. Itaq. exinde euidenter præcipitur, non satis. 6. aphorismorum. 2. sententiæ fidendum, vbi Hippocrates sic retulisse videtur.

Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior minus integra sanitate fruuntur: quibus vero contraria, salubrius degunt.

In hoc etenim & cerebri temperamẽtum in vtriusq. perpendere naturis conuenit: & an ad pectus, vel aliam corporis partem expulsionem eorum natura, per

perficiat, Quid enim prodest ad eam præ sagitionem habẽdam nares è natura, pro natuque siccas obtinere: cerebrum ac pectus ex confluxis succis humida esse: quibus sic se habentibus, per nares effluens humor, non parum prodesse indicabit.

6. epi. sec. 7. 18. com.

Tum etiam Gale. teste: siccas nares habẽtibus, non minimum per frigidos capitis morbos periculum sub esse demonstrans: nimirum in his, per nares exuperãtes succos natura expellere non assueta: pectori aliisq. periculo obnoxiis locis, eos trãsmittens pessimũ denotat signũ. Neque sanguinis pro fluuiũ in his, quod optimum esse solet, bonum per se nuncupari valet: sic enim Hippocra. 6. epid. inquit. nam his qui de colores mero modo sunt parum prodest: quibus vero colores rubicundi non similiter; & quibus capita sunt, quæ facile ipsum tollerãt prodest: quibus secus non & perspicienda amplius facultas est: si valida, si constans innatus ipse calor sit, vt colligitur ex eodem Hippocrate primo & tertio prognosticorum & in quo die talis effusio contingat vt supra in enarratione oculorum prædicebamus, quæ concomitentur pathemata, an conuulsio, an per frigi

Et si ex naribus fluxerit sanguis soluitur ægritudo & qualis lege. 4. đ rõe vict. 10. sen. & Gal. com.

frigescentes sudores, vel delirium: aliis nocet, aliis vero prodesse valet.

Neq. multa per nares spiritus effusio simpliciter mala est: quamquā enim Hippocra. lib. de vic. ratione. 48. particula nares in acutis affectibus inspicere docet: an æqualiter multus spiritus per vtrasque feratur: & si multus feratur è naribus, conuulsio fieri solet. Si vero conuulsio fiat, tali more spectanda est: & bene habet, si quis hoc prædicat quod cōfirmat in lib. prognos. verum qui frigidius inquit ex naribus, & ore expiratur mortale admodum iam fit. Primæ sent. quæ est. 6. 4. sec. maximę contrariæ sunt, tum 27. eiusdem lib. sent, tum. 68. 4. aphoris. libri; non quidem multum, immo potius interruptum, & egredi nequeuntē spiritū conuulsionis signum adesse cōtēdit. Neq. semper sic cōtingere in eodem. 27. com. hac methodo id ipsum docuit. Interdū toto corpore cōuulsiones fiunt: interdū salubriter, & cōmode proptereaq. multū è naribus latum spiritum, nō semper cōuulsionis signū esse, in. 60. cō. Gale. exposuit; sed cū tremunt manus, neq. veram cōuulsionem fieri dicit cōuulsificam affectionem, quæ in musculis naris

pinnas

pinnas mouentibus fit improprie tunc appellans. Neq. multꝰ igitur neq. interceptus ſpiritus ex ore, aut naribus delatus ſecurum aliquod præſagium præſtat Nũc quidem poſt ipſum vertigo oritur, nunc caros alias aphonia, interdum capitis ſola grauitas, interdum vrgentiores procreãtur affectus: epilepſia, cõuulſio & reſolutio: nonnumquam demum conuulſiua aliqua eiusdem partis affectio, & vt in ſumma dicam multus, ſiue denſus ſpiritus redditus, potius inſignẽ in reſpiratoriis organis caliditatem, quã conuulſionem, aut frigidum alium demonſtrat affectum: hæc igitur auctoris. 4. lib. de ratione vict. ſent. ruit.

Sententiæ vero ex lib. prognoſ. adductæ non parum rationem refragare conſpicimus. In acutis equidẽ morbis quorum ibi eſt enarratio vbi is effluet ſpiritus, vel ſumma refrigeratione vel immodico cordis incendio, innatus iam extinguitur calor: ſi refrigeratione ad externas corporis partes, calor ipſe morbi vi pellitur: atq. ſimul per expirationẽ plurima eius pars diffunditur ac perit. Vnde neceſſe eſt calidum tũc temporis ſpiritum foras mitti: ſi vero ſummo incen-

dio siue ingenti intus latitudine cũ flãma cordis calor amittatur, etiam si inspiratus aer frigidissimus sit intus obrupt' illumq. ignem attingens, calefiet: calidusq. manifeste spirabitur. Nulla igitur ratione frigidior per acutum affectum, spiratur aer.

Huiusmodi controuersiam vt omnino à calumnia Hip. textus liberetur, sic diluendam esse cẽseo. Spiritus qui in his summis cordis intemperiebus attrahitur, nequaquam ad ipsum cor peruenit: sed in aspera arteria, aut pulmone aliquantum detentus exit, non quidem quam antea frigidior redditus nõ enim inspirandi instrumenta tantum sufferre frigus, vt aeri inspirato ipsum cõmunicent, absq. mortis interuentu valẽt, aut solẽt. Id quidem intellectu difficillimũ ab omniq. ratione prorsus alienum cernitur: sed spiratur in his aer frigidus, non quod refrigeretur, sed quod non incalescat: eam tamen refrigerandi vim, quam cum inspirabatur obtinuit, nũc ex spiratus contineat seruet, atq. demõstret. Licet enim incendio cor præmatur, pectoris tamen reliquæ partes, vel à summa adustione obstructę vel aliter magno cor

cordis affectui natura prospiciens ex his sicut ex reliquis omnibus partibus calorem detrahens: eiusque vim cordi committens frigidæ hæc ac reliquæ omnes corporis partes præter vitale principiũ, permanebunt: quas solus inspiratus attingens aer, non incalescet: sed ea qualitate, qua cũ ingressus est, exspirabitur. Si vero ob frigidam ingentem intemperiẽ innatus cordis calor extinguatur, etiam si externæ omnes corporis partes, magnum calorem demonstrent: propterea tamẽ calidum tũc exspirari aerẽ, non est necesse: cum respirationi deseruiẽtia instrumenta vel magno frigore sint ante cordis assertam intemperiem refrigerata, vel immodicis frigidis fluxionibus, omnino sint obstructa: minus tunc incalescere spiritũ inspiratum posse, manifestum est. Spiritus igitur ex ore frigidus exspiratus ꝓpinquũ ægri interitum esse, semper demonstrat. Ex naribus vero, non solum dixit, sed ex his & ore inspiratum dixit. Bene quidẽ potest solum ex naribus frigidus exspirari aer etiã si hoc in morbis perficiatur acutis, nullumq. prauum insinuabit euentum vti si nasus frigidus adsit: aut alias ex venis natura

vitiosum sanguinem pellere cupiens, rigorem tentans nares vt reliquas multas partes nimis refrigeret: exinde aer ex spiratus appareat, euidenterq. frigidus exeat: mortem tamen non prudenter ex eo præsagiemus. Proinde talẽ e naribus eductum spiritum, oris eidẽ spiritui ad similem prædictionẽ, caute adiungit sapiens Hippocra. vt exinde perciperemus, vnũ eundemq. spiritum illũ emissum, vtrasque infestantem partes: vnam eandemque originem nimirum ex pectoris cauitate obtinuisse: sic pariter vnum præsagium tribuendum esse, Hip. persensisse.

In spiritus deniq. e naribus effusione: vt antea cum Hippocrate asertum est: capitis tollerantiam inspicere debemus si facile enim ipsum spiritũ foras emitti, ęger toleret, excrementitium esse dicemus: eiusque vtilem euacuationem esse proferemus: sin vero è contra ægrum exinde pose conuelli, cum Hippocrate referemus. Cuius conuulsionis, non exactam prædictionem fieri valere prænoscens, sic protulit: si vero conuulsio fiat, huic mors expectanda est.

Neq. nasus acutus, aut frigidus, malũ indiciũ secure, semp ꝓmittit: nonnũquã

etenim

etenim in accessionis initio vigilias famen, ac cunctas corporis deiectiones, potius quam assertum portendit euentũ è naribus igitur desumpta presagia incerta sunt.

4. Canon. Ferus inexorabilisq. dentium dolor existit: præcipue vero is qui a calore originem trahit.


Nter maxime sensiles corporis partes, omne dentium genus recte adnumerari præter omniũ anatomẽ descri bentiũ, sẽtẽtiá id quá maxime experientia ostendit: etiam si Ioannes Bacchanelus, libr. de consensu medicorum scriptum relinquerit erroneos, illos esse dicendos auctores, qui cum zoar dentes dolorem pati posse referunt. Pro cuius opinionis defensione, leuissimum ac nimis vulgare argumentum adducit. Dentes nimirum ossa esse: pilis autem vnguibus & ossibus nullũ inesse sensum scribens ergo nec doloré. Propositionem .1. Auicenæ auctoritate defen

defendere cõatur. Quia prima parte capi. de ossium anatomia, ossa sensu carere dixit: finem tamen eiusdem capitis non relegit: vbi sic alloquitur ipse. Nullum preterea ossium vllo modo sentit preter dentes: Galenus enim experimẽtum nobis id demonstrare asseruit, eos sensum habere de quo natura solicita fuit, & fecit ipsum virtute, quæ à cerebro prouenit: idcirco vt inter calidũ & frigidum ipsi discernant: hactenus ille. Eiusdẽ igitur Auicenæ citato loco Bacchaneli lapsus percipitur. Sui vero syllogismi assumptionem ex Aristo. decerptam esse contendit. ex lib. quidem. 1. &. 3. de animalibus. Vbi non de omnibus locutum fuisse ossibus constat: eiusdem Arist. sententia. 22. sec. problebatum. 2. &. 3. proble. cap. 6. quibus in locis, dentes celeriter dolere protulit: quam sententiam Bacch. perspiciens, nequaquam eam suę opinioni obstare scribit: tum pariter nec quod à Gal. 5. de symp. caus. relatum est sibi aduersarium esse prætendit. Nullam vero aliam coactus euasionem reddit: præter cõmunem illam scholasticorũ solutionem: quædã quidem proprie & per se talia esse: quædam vero ex accidẽ

ti ac ſecundario, denteſque non per ſe ſed coaduati nerui facultate, ſentire, doloremque pati, autumat.

His adhũc modum recenſitis ita obiare conuenit. Nerui quidem varia propagine, in vniuerſum corpus cõgruẽter diſperſi: primo ac proprie ſentiendi mouẽdiq. potentiam è cerebri ſubſtantia ſuſcipientes; reliquis tribuentes facultatis huiuſce conſenſum ſic efficiunt omnes. Nullamque corporis partem quamtumuis maxime ſenſilem, primo & per ſe à natura ſenſu ornatam eſſe, exinde facile percipitur: ſed cunctis ob neruum ipſis adiunctum, ſenſilem ineſſe vim: tum propterea re, ſuo temperamento familiari delectari ipſas: contraria vero alterari afficique aſſerimus, tum proinde dolorem pati. Quod abunde Galenus oſtendit, duobus in locis, primo intuitu contrariis, eandem tamen doctrinam indicantibus. libr. enim de vſu partium. 16. arterias, venasque ſenſu prorſus expertes eſſe refert: lib. autem de inequali intemp. easdem partes primo & præ cæteris vario dolore affici autumat. Cuius rei nulla præſtantior ratio, præter aſſertam iam, exhiberi poteſt. Venæ ſi-

qui

quidem, arteriæ, caro, tendo, & reliquæ sensiles dictæ partes, eam, quam cum neruis cohærentiam obtinent, sensu ornatæ conspiciuntur. Simplex etenim earum substantia, sensu destituta videtur. Itaque si Bacchane. hac ratione dentes non sentire asserebat, nihil difficile prædicat: omnes enim corporis partes à natura non primo sed post neruos sentire perspicuum est. A quibus dentes propter mutuam ipsorum inuicem cohærentiam vnitatemque, statim post suam formationem sentiendi insignem facultatem recuperarunt. Soli igitur dentes, quod radix eorum neruorum finibus vnita permaneat, inter omnia corporis ossa, euidentem, magnamque sentiendi vim obtinere cernuntur. Tum etiam quia inter alia ossa, soli mollium cerebri neruorum sint participes, vt anatomes administratio, & libro de ossibus Galenus id clare demonstrant. Proinde inter ossa, dentes tantum dolore afficiuntur.

Maximus is à frigore oritur: frigus enim ossibus, dentibus, neruis cerebro, spinali medullæ inimicum calidum vero vtile esse testabatur Hippocrates

verum frigus citius & magis, vt inquit in com. Gal. idest sæpius partes eas offen dit quia exangues. Vehementius tamen à calore offendi valent: tamquam à qualitate vehementiori: ab hac enim quoduis aliud exactius lædi, patiq. notum est Cum igitur à calore immodico, siue immodice calidis succis dentes dolorē patiuntur, maior dicitur, dolor maiorque ad ipsius exortum præter fuit causa. quādo eam contrarietatem quæ in terdentis temperiem, & calorē immodicum continetur, vincere affectus potuit. Sicut dissimiles temporibus morbos fortiores: consimiles minus fortes antea dicebamus: ad eundem pari modum, frigidus dentis affectus, minus calido grauis est, & iudicatur. Moderatus igitur calor dentibus maxime gratus adest: immodicus vero illos dētium dolores progignere solet, quos Cornelius Celsus maximis comparari tormentis dixit, & inter ipsa adnumerari recte contendit. A calore etiam acutus ille Galeni dolor pulsans factus fuit, similem in eo inflammationem, atque in gingiuis fieri assolet sentiens. In quo qualis in phrenitide, & angina, curandi methodus haberi debet.

Lib. 6. cap. 9.

Lib. 5. d cōp. med. 5. lo. capi. 8.

Ex

Ex quibus item Bacchan. colligat alterum præter illum errorem esse, asserere maiorem à frigore, quam à calore dolorem dentes pati. Patitur igitur dens per se hoc est, nullo alio quam cæteræ corporis partes vti solent ad miniculo: nimirum neruo dolorem à calore immodico, cæteris paribus, omnium vrgentissimum.

In angina febris, ac dolor, vti difficilis respiratio. 5. Canon.



T si anginæ enarrationem plerisq. in locis, copiose Galenus ex Hippocratis doctrina inuestigauerit eam tamen, neq. satis dilucidatam, neq. exacte perpeditam recẽsuit. Sed nunc affectum ipsum absque febre, ac dolore persistere censet: nunc quidẽ ipsorum symptomatum participem facit Hippocratem imitatus, qui eadem etiam ambigue variæq. recenset. In quauis autem synanche siue angina, febrem contineri, euidenter ex eo constat, quo

niam nimirum tum inflammatio est: tũ etiam, quia natiuum cordis calidum refrigerari, aut contemperari impedit. Ab vtrisque simul causis febrem ipsam accendi, præter hoc quod apertum est, ad maiorem tamen eorum quæ postea referentur, dignotionem obtinendã, in qua uis anginæ specie febrem adesse, sic demonstro.

1. Species. Interiores gutturis partes angina præoccupans, nec in fauces, nec ceruices quicquã caloris vel roboris trãsmittẽs: non solũ intẽsa existit inflãmatio, in tumoremq. grauissimũ ipsas attollit partes verum etiã in nobili respirandi functionis instrumento persistens, respirationẽ, deglutitionemq. impediens, multis propterea nominibus maxime exitialis ab Hip. nũcupatur. Insignẽ vero inflammationẽ in adeo præcipuo instrumẽto muneris, & viciniæ cordis causa facto, cõstitutã, non tantum plurimũ ex ingenti calore, ac tensione incitare dolorẽ, sed etiã magnam, vrgentemq. ex difficillima respiratione, & præter naturalis simul caloris consensu, cõficere febrem, sicut absolute, ac perspicue verum ita etiam ab omnibus, velut demõstratiua lege sancitum

tum est.

Altera vero angina per quam in faucibus rubor adest, similem tamen ingentis inflammationis ex dolore, primæ assertæ inflãmationi simili, indicium perhibet: & si non æque acuta conspiciatur febrẽ tamen ad inflammationis, ac vitiatæ respirationis simul proportionẽ participat. Quæ igitur febris licet minor in hac, quam in relata inflammatione inueniatur, non quidem leuis est, cum exitialem quoque hæc concomitetur inflammationem. 2. Species.

Ea vero angina per quam dolor, & respirandi pariter difficultas, minus quam per cæteras gutturis inflammationes, videntur affligere, ac rubor in ceruice, faucibus & exteriori pectoris parte inuenitur maior, ad externas magis, quam internas partes cõuersa phlegmone extat. Propterea tamen neq. ab interna gutturis parte omnino semota, neq. inculpatam anhelitus functionem relinquens, immo potius ipsam manifestæ offendens, neque ex consequenti febre, licet minima ea sit, carebit. Quoniam si à maiori ea inflammatione, & vrgentiori respirandi simul difficultate ma- 3. Species.

Magis quidẽ & minus nõ mutãt rei essentiã Arist. teste.

gnam oboriri febrem, constantem assertionem esse dicebamus. Quid mirum est, si ad proportionem huius minoris inflammationis difficilisque exspirationis, minima quædam adnascatur febris. Si equidem difficili orta respiratione innatum cordis calorem augeri necesse est. In respirandi instrumẽtis simul oborta inflãmatione, doloreque ipsum tum augeri, tum in igneam naturam conuerti (ducto vsque in substantiam cordis cũ inspiratione calido spiritu) oportet. Licet enim Hippocrates in hac angina intro non recurrere sacrum ignem referat: non quidem eam inflammationem febrem non accersere propterea docuit vt male quidam Galeniani, ex com. colligunt, sed ignem illum non in pectus recondi: idest absque thoracis, & pulmonis inflammatione, aut vitio particulari talis contingit angina. Non vti reliquæ anginæ, quæ caloris vehementia, in pectoris suppurationem conuerti solẽt. Cum tamen multo maior cordis, quam cæterarum partium calor existat: tũ leuis inflammationis vicinitate: tum respirandi difficultate coactus præter naturam ascendit, febremque parit. Quod autem

tem

tem nullo in pulmone, vel thorace existente vitio, cordis augescat calor ex leuissima hac inflammatione, quoniam neque recte inspiretur, exspireturq. omnes quidem anginæ, internam gutturis partem inflammatione præmũt: quo de nomine in cunctis quodãmodo deteriorem spirationem reddi, Hippocratem insectatus Gal. asseruit. Ob omnes inquit, id genus affectiones respirandi difficultas oboritur: tum demum attracto, per calidam viam, calido spiritu, ephimerã ex accenso exinde cordis spiritu adnasci notissimum est.

Cæterum ex angina quæ intus conuersa vertebra aliqua exoritur, lethalẽ oriri febrem cõstat: cum inflammatis pariter gutturis locis contingat: tum contractis vertebris ingens respirandi difficultas, & ex cõsequenti magna ex vtrisque oboriatur febris necesse est. Ac non tantum parta ipsa functionis difficultate cordis, ac cæterarum huic muneri deseruientium partium insitus augetur calor, sed etiam suffocationis periculum subit: interitumq. quam citissime inducit. Ex his inquit, Hip. 2. epid. quos ego noui omnes mortem opetierunt. Cum his igi

4. Anginæ species.

igitur omnibus anginæ differentiis inflammatio internarum gutturis partiũ cõtingat:ac difficilis quo quomodo red datur ſpiritus aliis quidẽ ſublimis maxi meq. difficilis,& qui citra ceruicis erectionẽ ſpirari nequit. Vti internę omnino anginę,ac exluxata ſuperiori aliqua ſpinæ vertebra obortę gulæ inflãmatio ni euenit:aliis vero admodũ paruus,qui bus nimirũ ad fauces vel colli exterio res partes,inflãmatio nõ nihil vergit:re liquis nõ admodum ſubblimis fit, quibꝰ exterioresmagis,quã interiores inflãma tę particulę exiſtunt:his itaq. omnibus ex viarum anguſtia adnaſcitur febris. Si ex difficili ęnim arteriarũ caloris trãſpi ratione quæ leuiſſima ac tarda nimis cõ ſpiratio exiſtit: nimirum per minutiſſimos,inſenſilesq.cutis meatus elaborata quã ſæpiſſime febrẽ oboriri cõſpicimus: maior exinde percipitur demonſtratio, vt cordis arteriarũ quidẽ, innati caloris, ac vitæ demũ fontis, oborta reſpirationis difficultate, ſimulq. eiusdẽ functionis præcipue aliqua particula inflãmata,inſitus ipſius fontis calor igneam ſub inde naturam accipiat, febremq. pariat Inflammationis earum partium magni

tudi

tudini & respirationis difficultati febris proportione respondens.

Quibus adhunc modum traditis, eui denter, anginam omnem, tum febris tũ doloris participem esse cõstat: quorum nomine, difficilem sensum plurimæ Hippocra. Gale. que sententię habere perspiciuntur: quum nimirum non paucis huiusmodi inflammatione affectis neq. febrem neq. dolorem inesse, nobis ipsæ aduertunt. 2. equidé epidemiarum lib. sec. 2. 23. sent. de ea angina, quę ex distorta, vel conuersa in alterutram partem vertebra, originem sumebat Hip. differens, in hæc ipse prorumpit verba. 1.

Qui auté simul cum febre laborarét, hi initio difficilius spirabant, & aliena loquebantur. Ex quibus auctoris verbis deprehendere licet nonnullis anginosis febrem haud quaquam contigisse, etiá si difficulter ipsi spirauissent.

2. Id ipsum demonstrare conatur Hip. lib. de coac. præno. in angina referés dolores ad caput, citra notas, vel ad crura eodem pacto cũ febre perniciosi: nõ quidem necessum erat cum febre an fuerint aduerti, si anginæ omnes febre cõstarét.

3. 6. epid. sec. 7. id quoque aliis roborat ver

verbis, de quibusdã anginosis ex flatuũ nẽpe aquilonalium, austrinorumq. per mutatione sic affectis narrans. Quibus vox inquit, ad tussim prorupisset, horũ plurimi ne in febrem quidem incidebãt: quamquam nonnulli breui tempore febrem habuerint. Atq. id quoque persentiens Galenus, totam de hac re. 2. epidi. historiam in suum vsum trãstulit. Tum multos absq. febre anginosos fuisse, fierique protulit. 4. aff. loc. cap. 5.

4. Tum demum ex gutturis inflammatione ortam strangulationem. 4. apho. 34. com. Gal. recensens, sic refert. Et si omnino potest esse sine dolore strangulatio, ex talibus causis potest fieri: possibile est multitudine humiditatis pituitosæ præsertim madefaciente tunicã summi gutturis interiorem, fieri in ea absq. dolore tumorem. Ex quibus auctorum sententiis plurimi colligunt, neque dolorem, neque febrem, anginę perpetua esse accidentia. Vt id etiam amplius roborent, neq. vltimam hanc assertam anginam dolorem continere præferũt. Vt ex Hip. clare dessumitur: vbi cum cõiunctione, sic retulit. His cõspicua foris in collo cauitas apparebat, qua parte si tan-

geren

gerentur, dolebant ergo si non tangeré-
tur, non dolerent. Neque in gutture in- 5.
tus contento tumore, inflammationeq.
difficilique inde spiritus vtraque latio-
ne reddita, febrem propterea gigni ne-
cesse esse Hip. ac Pauli testimonio ducti,
ostendunt: de hac quidem vltimo ascri
pta inflammatione.: .epid. Hip. loquẽs,
hæc protulit verba. Ad hæc etiam pluri- 6.
mi sine febre. Multi autem longo admo
dum tempore, tumoris quidpiam præse
rebant: quod & deglutitio & vox signi-
ficabant. Ac difficultate respirationis sæ
pe repetitam rationem febrem quidem
exinde adnasci oportere, dicentes nihil
demostratiue insinuare contẽdunt: plu-
rimis quidem respirandi difficultatem,
ac orthopneam, sine febre inesse cũ Pau
lo proferentes. Qui febris inquit exper- 7.
tes crebro veluti à citatiori cursu respi
rant, orthopnoici nominantur. Itaq. ne
que leuis inflammatio, neque internus
gutturis tumor, neque quantumuis dif-
ficilis reddita sit respiratio, febrem accẽ
det: vt ex his, quæ copiose hactenus rela
ta sunt, abunde constat.

Hę igitur omnes adductæ sententiæ,
quæ nostræ de hac re initio aductæ sentẽ
tiæ

tiæ quam maximæ inniti aduersariq. videntur, discursu paulo difficiliorem expositionem obtinent●, acutiorem quã hactenus sit tradita dilutionem excogitandã esse ostendunt. Cũ igitur Hip. 2. epid. 32. sent. 2. sec. sic inquit: qui autẽ cũ febre simul laborarunt, hi multo difficilius spirabant, & aliena loquebãtur, nõ exinde docuit, multos vel aliquos angina affectos febre caruisse. Omnes quidẽ illi febrem vti aliis anginis affecti obtinuerunt. Sed cum febre addidit, vt intelligeremus, eos non leuẽ quandam febrẽ qualis ex cõsensu inflãmati gutturis oriri solet, habuisse sed etiã magnam acutamq. vt quę deliria promoueret. Cũ igitur in angina, nõ solum difficilem admodum respirationem, sed delirium simul perspiciemus, acutã quidam ægrotanti obortã esse febrẽ, manifeste percipiemus. Ita vt quãuis ipse, statim per morbi initium, lẽta quadã febre sit affectus, his postea perspectis signis tum magis manifestam, tum perniciosam magis eã esse exinde non immerito prædicemus.

1. sent. diffi-cilis, enoda-tio.

Et cum lib. de coac. præno. sic inquit dolores ad caput, vel ad crura in angina citra notas facti, cũ febre perniciosi. Potius

2. sent. diffi-cilis, enodatio.

tius tunc anginæ semper febrē in esse sic demonstrat: ac si hac methodo locutus fuisset Hip. in angina, perniciosi sunt cō tingētes capitis aut crurū dolores: si perseuerante febre fiant. Nihil enim aliud vox illa cū febre, tunc nobis insinuat: quam cum eodem vigore febre perseuerante, si dolor in crure aut capite fiat, nō ad alias partes conuerti affectum, sed primo affecto loco pertinaciter hærere, cæterasque amplius partes, aliis simul contristari pathematis euidenter commonstrat: & quoniam dolor ipse priorem nequaquā alebat morbū cuius rei signū, febris præsentia extat, ideo perniciosus ab Hip. nuncupatur: cum duobus grauissimis postea affectibus aptius quam vno contristata natura citius succumbat.

Rursus referente Hippocra. anginam ex destillatione, flatuum permutatione facta tussi multis frangi, ideoque, neque in febrem incidisse. Tunc dicendum est, nō de vera angina Hippocra. locutum fuisse, sed de leuissima quadā intēperie calida, quæ raucedinē ꝑgignebat: quod insinuauit idē Hip. dicens, Nemini eorū neq. pulmonis inflammationes, neq. resolutiones, neque aliud quicquā sicut angi 3. Difficilis sent. elucidatio.

anginis affectis insigne aliquid contingere solet, inuasisse: sed morbum, in sola voce fuisse iudicatum. Hoc est sola raucedine fuisse cognitum. Relicta itaque quæ præternaturam ob instrumétorum siccitatem phlegmonemque musculorum acuitur voce: quoniam angina hæc affectio vocetur, de ea quæ aliis in morbis læditur, voce pronuntiauit. Sola voce iudicabatur morbus: vt in variis id pręsensisse morbis si cunctam eam historiam præ legeris, clare percipies. Nisi equidem raucedinem tantum, aut multo angina leuiorem affectum tunc descripsisset Hip. tussis, haud quaquam ipsum leuare potuisset. Licet enim natura tussim sępe excitet, vt spiritus vię, ab excrementis mundæ reddantur: tamen nõ exquisitæ tenues expurgantur humores: si cuti neque viscidi. Illi siquidem aeri circumfluunt: hi autem bronchiis tenaciter hęrēt. Quim potius si magnus adfuisset calor orta tussi augeretur; quum paulo superius sic ipse referat. Qui igitur plus voce defatigabantur, aut rigebant, in his tusses in anginas potius desinebãt. Vnde omnem spirãdi difficultaté cum aliqua faucium angustatione non solũ

1. Prorrhe. sec. 2. 10. cõ.

Validæ tusses thoracis & pulmonis partes cõcalefaciũt idemque febré atque sitim adaugent. 6. epi. sec. 2. 42. cõ. 7. apho. 51. cõ. 6. epi. sec. 5. 23. cõ. 3. de ratione vic. lib. 2. cõ.

6. epi.

6.epidi.sec.2. etiam epidi. anginam ab Hippo. nuncupari, facile constat. Cum itaque hac in parte non quamcumque dispneam, sed eam tantum affectionem quæ vel guttur, vel fauces inflammatione præmat, anginã vocitem⁹, propterea non immerito, minus proprie tunc angi nas raucedines illas ea temporis consti tutione, Hippo. nominasse dicemus: tũ quoque nihil mirum esse, si tales absque febre extitisse dixerit. Cum nõ gutturis inflammationes, sed vocis tantum parti culares, sæpe etiam absque præternatura li calore, affectiones tales extiterint. An gina quidem guttur inflammatione, & spirandi ob læsione afficiens, absque fe- bre non inuennitur. Alij pro Hippo. de- fensione referunt, tales non angina, sed tussi, ac vocis priuatione, vel raucedine denique fuisse correptos, ipsum protu- lisse.

Per gutturẽ asperæ arteriæ intelligẽtes partẽ quæ est velut caput. eius per fauces vero internũ oris locũ vbi singulæ & gutturis partes internæ cõueniunt.

Affectionẽ quæ respirãdi difficultatẽ simul indicat.

Pariter etiam cum aphorismorum li. 4. ex multitudine humiditatis summi gutturis madefaciente, tumorem progi- gni, qui doloris expers sit Galenus asse- ruit, non minus obscurum quam relatæ Hippo. sententiæ, sensum exhibuit, & si quidem siccitatem, humiditatemq. non

4. Difficilis senten. dilucidatio.

absq. frigore, aut calore dolorem inferre idem recte contenderit: id tamen vi, ac potẽtia earum qualitatũ retulit, nõ equidem humidam, aut siccã qualitatẽ, fluxionis substantiam. Quippe humidũ non qualitate, sed multitudine infestãs dolorem parit. Præcipue cum rarissime, aut numquam absq. immodico frigore, aut calore humoris affluxus eueniat, vt capite de paralysi abunde assertum est. Tunc etiam absq. his manifeste apparẽtibus qualitatibus, ingẽtem succi copiã dolorem gignere posse, cap. de dolore cuiusdam Gal. testimonio ducti referemus qui. 6. de loc. af. de coli dolore verba faciens sic describit. Probabile est frigidũ eundemq. crassum, aut viscosum humorẽ, aut flatuosum spiritum in corpore crasso, densoq. genitum, sed ægri nequeuntem vehementem excitare dolorem: vehementemq. quidem geminã ob causam intemperantiam, & corporũ quibus continetur tensionem: longum vero, quia difficulter vacuatur. Pari igitur ratione nõ in colli partibus tantum, verum etiam iu finibus saltim sensificis, corporis partibus multus ex fluxione, viciosus præter naturam acerbatus hu-

mor

mor dolorem gignit. Præcipue in gutturis partibus, vbi neruorum copiosa multitudo continetur. Ac tumor multitudine factus tensionem non paruam efficere natus, nō solum dolorem, sed semper magnum ipsum efficiet.

Etiam si qui ex luxata vertebra, dum foris in cauitate apparente in collo tangebantur, dolorem persentiebāt: nō propterea dum non tangebantur doloris expertes erāt: neq. id recte ex Hip. sen. percipi valet: sed tum persensisse dolorem asseruit, hoc est magis manifestum quā cum non tangerentur, maioremq. cum exluxatione vertebrarū neruorū paria ipsis inserta, nihil affectionis persensisse asserere indoctum, & contra omnē Hip. cam doctrinam relatum erit. Vt etiam ex neruorum delineatione ac via id cō mode percipies: quam post Vesalium, accuratissime à Petro Iacobo Steuę. 2. epi. com. reperies scriptam. 5. Difficilis sentē. expositio. Omnia inquit omnibus natura cōsentiunt. Sec. 2. 29. cō.

Cum Hippo. 2. epid. sec. 2. 31. sententia plurimos ex his, qui tumore orto in gutture, anginosi facti fuerunt sine febre extitisse recensit: vel eos quidem tunc temporis non angina affectos esse, sed in reliqua incidisse pathemata, vel iam 6. Difficilis sent. enodatio.

affectu inflammatione nimirum, decli-
nante febrecitates non esse iam retulit.
Atque id maxime concedemus, cum mi
nime inflammationis facta declinatio-
ne nihil si febris nõ appareat, mirum exi
33. Sentẽtia. stat. Vnde sapienter ab Hip. lib. de vete-
ri medicina prolatum, fluxiones dicẽte
in fauces delabentes, ex quibus raucedi
nes fiunt, anginæ, erysipellata, peripneu
moniæ, omnes quidem hæ primũ quidẽ
salsæ, & humidæ, acresque descendunt:
& in talibus morbi firmantur: vbi vero
crassiores, & maturiores factæ fuerint &
ab omni acrimonia liberatę, tunc iam &
febris, & alia hominem lædentia soluun
tur. Ex quibus dignissimis Hippo. ver-
bis aperte constat, in declinatione nõ so
lum anginæ, sed cęterorum ex fluxione
affectuum febres reliqua ve accidentia,
tum remitti, tum prorsus solui. Sed decli
nantis tunc anginæ enarrationem iam
Epidemion. perscribere Hip. præcedentia allatæ sen
tentiæ verba clare id insinuare cernun-
tur: dum sic inquit. Sed quidem celerri-
me alleuabantur, plurimi ad quadrages-
simum accedebant diem: ac consequen-
ter inquit, ad hæc etiam plurimi sine fe-
bre. Quasi diceret plurimi vsq. in quar-
tum

um diem, affectum continebant: ac in posteris his diebus haud febricitabant. Quoniam nempe inflammationis, ac totius denique affectus vrgētia demissa, febrem, cæteraque affectum concomitátia pathemata & remitti, & solui, ante affectus integram solutionem, notum est.

Vltimæ diffi cilis sent. ex positio

Quam demum ex Paulo similitudinē affectionum afferunt, ex his quæ hactenus afferta sunt, nullam esse facile agnosces. Quippe in orthopnea nō solū Paulus, sed Galenus quoque, febrem non esse describūt. Licet enim quam maxime difficilem orthopnoici respirãdi functionem obtineant: nullam tamen inspiritalibus instrumentis inflammationē sint anginosi habentes, nihil mirū si febre careant: cum neque ab extraneo calore in his cordis augescat calor: neque frigidorum humorum multitudo, in eisdem cordi vicinis cōtenta locis, ipsum accendi permittat: quamtumuis difficili corpus vtatur respiratione: immo potius ab ipsorum multitudine. ac ingenti frigiditate retunditur, ac dissipatur.

Rarissime ĩ orthophnoicis præsente paroxismo febris deficit quippe ex magna anhelitus difficultate cordis ascendit calor in his igitur quasi semp febriculam quãdã inueni.

Itaq. falsa eorum cẽsetur opinio, qui absque febre ac dolore, plerosque angina affectos existere, referunt. Præcipue

cum Galeni auctoritas id maxime refutet, lib. quidem. 4. de cauſ. pul. cap. 20. pulſus tenſionem, & magnitudinem ſic angina affectis, atque peripneumonicis tribuens: cordis accenſum exinde calorem abunde denotans.

6. Canon. Diuturnæ ex flatuoſo ſpiritu factæ deſtillationi tum ſternutamenta, tum cauterij vſus, maxime proſunt,


Mnium fere malorum corporis caput velut radicem ac fontem dici debere, forſan non immerito alicubi ab Hippo. relatum: cum ex eo in reliquas ſubiectas partes humoris cõfluxus multos variosque pariat affectus ad quos quidem morbos vniuerſalis, ac maxima cauſa ipſa deſtillatio, tum ab antiquis, tum recentioribus omnibus medicis nuncupatur. Quod ſi cuiusque quantumuis minimæ affectionis cauſas, curationemque, plerisque indagamus normis, efficatior quidem nos cõuincet ratio, vt deſtillationis pronaſcentiam,

causas

causas atq. medellam sicut in signis grauissimorum accidentium originis ductum impedientes trucidantesq. magno vndique inuestigemus studio. Cum si is auferatur & è medio tollatur affluxus, innumera euitentur pathemata. Huius igitur fluxionis origo, plures continet causas: quarum præcipua ex aere flatuoso perficitur: quam vti reliqua omnia, ab Hippo. lib. de flatibus accurate sic cõscriptam inuenies.

Sed dixerit fortasse quispiam, quomodo igitur rheumata procedunt ex flatibus? aut quonam pacto proruptionũ sanguinis, quæ circa pectus accidunt, hic causam exhibet? Verum arbitror ea me etiam ostẽsurum ob eãdem fieri causam. Cum venæ capitis aere impleantur, primum grauatur caput flatibus incumbentibus: tum spiritus inuoluitur per sanguinis locum, propter viarum angustias: at sanguinis pars tenuissima per venas exprimitur. Ea igitur humiditas collecta, tunc sic fluit per alios meatus: ad quamcumque autem corporis partẽ cõiunctim peruenerit, ibidem ægritudo constituitur. Postquã igitur ad superficiẽ dolor ex ea euaserit, si aures pe-

tat,ibidem ægritudo:at si ad nares acces serit,pituita fit.Sed si ad pectus deueniat raucedo appellatur, & reliqua: hactenus Hip.

His ac similibus verbis medicinæ parens Hip.destillationis causam, & cunctos exinde pronascentes affectus acutissime velut compendio,præstringit.Quã accuratam tãti morbi expositionem tãti quoque viri dignam aptius,clariobus enodare orationibus haud incipiã quin prius Frãcisci Valeriolæ alioquim peritissimi medici ipsam relatam sentẽtiam refellentis,à doctrinaq. Hippo.ipsam omnino separãdam sicut, & totum de flatibus inscriptũ librum summi illius auctoris indignum censendum, pertinaciter contendentis opinionem, tum Hip. ac Gale.testimoniis,tum eiusdem Valeriolę dictis confundã. Sic igitur ille primo suarum enarrationum lib. assertam obscurare sententiam conatur: si subblata,quæ morbos hos excitauit causa vacuato nimirum humore eos præfiniri cõspicimus, quatenus flatus res nimirum halituosa tenuissimaque ipsos gignere poterit.Rursus inquit si pugnandum est auctoritate,nullum ex Græcis, Latinisque

que auctoribus, fluxionum morbos flatui, ceu causæ effectrici tribuisse video. Et in summa eius contrarietatem recensebo. Suarum demonstrationum vim, in quibusdam Gale male intellectis locis constitutam esse, sibi persuadens, nulla tenus ipsam rationibus roborat. Illæ autem sententiæ desumptæ sunt ex. 5. &. 6. lib. de symp. cau. 2. criseon. 5. met. &. 13. etiam lib. met. 4. & . 5. de comp. medica. secundum lo. in quibus omnibus fluxionum causas, eisdem humoribus, nõ aeri tribuisse videtur Galenus.

A posteriori demõstrandi via ductus vir hic, causam destillationis humorem esse conatur ostendere: ac si diceret vacuato humore destilatio pręfinitur: ergo destillationis causa ipse humor fuit, verum admirãdus hic ipse venit; qui cũ Hip. non solum id non negare, sed etiam aliis verbis id ipsum docere perspiciat: tot in eius inferendã calumniã sentẽtias referat: quas si bene perlegat nihil aliud præter genuinas adductæ sententiæ Hippocratis expositiones esse pręsentiet. Quid enim aliud pertenuissimã sanguinis partem in venas deriuatã sensit Hip. nisi tenues succos, intẽperie aliqua cru-

dos

dos siue vitiosos redditos, per venas id est per vniuersum diffundi corpus. Cum venarum propagatio totam præoccupet corporis mollem, & quum retulit eam humiditaté collectam sic per alios meatus fluere, quid tunc aliud persentire videtur, quam multam in capite humoris quantitatem recuperatam, fluxionem in subiectas parere ac mittere partes? Quod immodica ipsius succi molle natura grauata, ipsam à principe parte sciungere studens distillationem creat. Itaque calida vel frigida cerebro inducta intemperies, in subiectas partes maxime tenué sanguinis idest cuiusq. humoris partem exprimi, idest distillari & velut compressa manu spongia, eius aquá diffundi videmus, efficit. Tum collectá humiditatem idest multũ in capite acerbatum humoré, fluxioné ad inferiores quoq. meatus perficere notum est. Atq. ipsummet his adnotauit Gal. verbis tum inquit destillationis, tũ grauedinis hæc

3. De symp. cau. cap. 4.

coriza: illa catarrhus Græcis nominatur cerebrum statim causa est, vt pars quidé similaris, vel à frigore, vel à solis ardore ad intemperiem reductum: vt instrumétũ vero quatenus á plenitudine infe

statur

ſtatur. Tum demũ perſpicue dixiſſe Hippo. conſpicimus, ad quácumq. corporis partem deſtillatum ipſum humoré, ibidẽ affectuũ cõſtituere: varia nomina pro loci differentia accipere, vt ad nares deriuatum pituitam, ideſt grauedinẽ quia grauis is adſit humor, nuncupari raucedinem ſi fauces attigerit. Quæ omnia in ſuum vſum Galenus .3. de ſymp. ca. lib. eisdem fere nominibus tranſtulit. Quæ nam vero tum intẽperiei, tum repletionis cerebri efficiens cauſa exiſtat, his verbis docuit Hippocrates. Cũ venæ capitis aere implentur, primum grauatur caput flatibus incumbentibus tum ſpiritus inuoluitur per ſanguinis locum. Quam ſententiæ partem ſi à medendi auctoribus numquam prolatam fuiſſe, Valeriola contendat, nequaquã tertiam ſectionẽ aphoriſmorum ipſum legiſſe dicemus: vbi plurimos aphoriſmos Hippo. ſcribit, morborũ generationem, aeris conſtitutioni omnino referẽdam eſſe docentes, precipue autem. 5. 17. & . 25. huic diſputationi conducunt. Sed licet ea quæ dicturus ſum, vel rudioribus medicis notiſſima exiſtãt, verũ quoniam ad præſentis ſent. Hippo. enodationem

nem defensionemque conferre plurimũ scio, ideo ex Gal. emolumentis, ad verbum traducere, non dedignabor, in. 5. igitur asserto com. sic ille refert.

Causam vero ob quam austri reddant auditum grauiorem, & visum caliginosum non est difficile ex eius temperatura cognoscere, quæ calida & humida est natura: omnia etenim talia apta sunt replere caput. Sed grauedinis eundem aerem efficientem esse causam ita vt nõ solum caput humore aer ipse repleat: sed in reliquas sensibilium instrumentorũ particulas diffundi humiditatem efficiat, sic immediate sequentibus ipse demõstrat verbis. Ob hoc igitur & sensuũ instrumenta plurima implent humiditate & capitis grauitatem efficiunt. Principio autem neruorum humectato, necesse est & circa voluntarios motus pigritiam euenire, & veluti in seipso dissolutum hominem apparere, & vt in summa id totum referam, nihil aliud in tota aphorismorum sectione conatur ostendere sicut in plurimis lib. de humoribus locis, nisi varias temporum temperaturas, morborum proprias causas fieri. Vnde non immerito doctissimus Fontanonus

lib.

lib. de curandis morb. primo cap. 24. in destillatione affectis, omnia temporis in commoda vitare cupiétes, ventos austrinos fugiant docet, qui cerebrum replét & humores dissoluunt: vitent & aquilonios, qui humores constringunt. Itaque venti, non solum intemperie corpus afficiunt, partesque humiditate replent: sed tum etiam humores dissolunt constringuntque, id est fluxiones creant: alias vero prohibent, sic varios producũt assectus: qui pro temperamenti aeris varietate curari solent. Atque hæc est prima ratio, qua nonnulli absurdam Valeriolę opinionem, de tota libelli flatuum censura habitam refellere student. Verum cum hæc nõ sic integre libri defensionẽ ostẽdat, neque sic satis animum satiet: quod nonnullis obuiare sententiis videatur, propterea multo exactiorem aliam excogitaui viam qua in Hip. adhibita censura ressellatur, & à cæteris omnibus calumniis liberetur opus.

Lib. de natura hominis.

Cum Hippocrates igitur circa libri initium sic retulit. Ac spiritus quidem qui in corporibus sunt flatus vocãtur: qui vero extra corpora existunt aer, ibi quidem totam de flatibus disputationẽ

obscuro

obſcuro pertingit cõpendio, interni ex terniq. ſpiritus opera, vimque ſe expoſſiturum promittẽs. Ac propterea qui de ſpiritib. librum ipſum appellare cupiet, nõ errabit: cũ interioris, exteriorisq ſimul aeris naturas, actusq. ibi demõſtret Hip. Maluit tamen de flatibus ipſum inſcribere, auctor quoniam internus rerũ ſpiritus quem animam appellauit Hip.

Cap. 13. lib. de carnibus, Gal. vero innatũ calorẽ lib. de rigore trem. & palp. omniũ actionum opifex eſt: earum vero quæ præter naturã ſunt, idem non ſecundum naturã exiſtens, ſed alienam proſus adquirens. Ac proinde flatus nomen accepit: etiam ſi proprius ſpiritus extet: vt cũ dicimus, febrem eſſe innati caloris in igneam naturam conmutationem: non quidem ille innatus deſinit eſſe, licet alterã ſimul naturã participet: vt igitur ſub flatus nomine ſpiritum internum, quo quomodo affectum conſcriberet Hipp. libro de flatibus titulum dedit.

Sed internum ſpiritum innatum eſſe

Ecrũ quæ aſſerta ſunt cõfirmatio.

calorem, ſic Galeni auctoritate inaudire oportet: qui lib. de ſimp. med. 5. cap. 8. hæc doctiſſima aureaque protulit verba. in emplaſtricis pus mouentibus medica-

dicamentis, halituosum & calidum cõtineri spiritum quam plurimum, & ad vnguem caliditate symmetrum dicens. Quippe cum hic in pueris copiosissimus omnes actiones naturales adaugeat. Nos que referimus innatum Hippo. dixisse calorem, quem in quoq. animantiũ & natiuum spiritum nominamus de quo & Arist. scriptum reliquit. Verum nihil prohibet sanguineam substantiã, simulque aeream, vna cum spiritu, calidum inaudire innatum. Et certe dicimus, eũ spiritum in omnibus animantis contineri partibus, sed non vndiquaque esse sibi similem veluti nec sanguinem esse necesse: tum in spatiis innanibus non paruam eius inesse substantiam: immo potius velut materiam quandam leuiculam: etiam nunc mutationem exposcentem, ab innati spiritus qualitatibus suis ad soluti generationem: nihilosecius tamen iam tum etiam admodum ad naturalia opera conducentem. hactenus ille. Quo in loco doctissime, accuratissimeq. cunctã de spiritibus enarrationem statuit, primum quidem spiritum internum, innatum calorem esse referens: deinde in spirituosa substan-

tia

tia præcipue insitum calorem contineri nō quidem ex necessitate semper in sanguine: rursus per vniuersum corpus esse diffusum. Ad hæc per spiritū omnia corporis munera obiri ac perfici. Tandē nō in omnibus locis eandem, ac similem sibi essentiam obtinere concludēs. Illi denique ea omnia tribuit, quę Hip. lib. de carnib. particula prima ac secunda innato calori tribuit. Qua adducta sententia nihil iam ad huius rei exactam demōstrationem obtinendam, desiderabitur. Nam si internus spiritus innatus est calor, vt ita est & is rebus omnibus velut anima existit, quid mirum est, si lib. de flatibus ipsum auctorem & dominū nūcupet? est autem alterius Hip. libri, sententia huiusmodi.

Et videtur sane mihi id quod calidū vocamus, immortale esse, & cuncta intelligere, & videre, & audire & scire omnia, tum præsentia, tum futura. Huius igitur plurima pars, quū turbata essent omnia, in supernam circunferentiam secessit, & mihi videntur veteres ipsum Aetera nominasse. Altera pars inferna appellatur terra, frigidum quid, & siccū & multis motionibus obnoxium, & in

hac

hac sane multum calidi inest, tertia pars aeris medium locum occupauit: calidũ quid ac humidum existens. &c. Hact. il- 4. &. 5. sent. le. Quæ quidem sententia expositio alterius sententiæ lib. de flatibus extat, vbi inquit, quid tandem sine hoc fit? aut cui rei non adest? Omne enim quod inter cælum & terram est, spiritu repletũ est: hic & hyemis & æstatis causa est: hyeme quidem frigidus & condensatus, in æstate mittis, & tranquillus: propter qđ 3. aphorismorum. 4. com. Galenus dicebat. Neque enim appellationes temporum causas morborum esse, sed eorum tẽperaturas: quasi diceret, non quidẽ morborum generationem, temporibus tribuendam, sed spiritui in his, temperaturas immutanti: & quemadmodum superius loco assignato Gal. dixit: non vndique sibi substantia similem esse spiritum ita nunc calidum, nunc frigidum, nunc densatum, alio tempore, & alio in loco rarum, mittemq. adesse pescribit. Quod pariter aperte docuit Hip. lib. de veteri medi. 30. sent. quam accuratam ibi traditam pręsentis negotij enodationem prudens perlegat lector. Itaque cum nulla in lib. de flatibus reperiatur senten. quæ

non plurimis locis, tum Hip. tum Gale. sanciri roborariq. valeat: nō solū Hip. opus ipsum esse, sed etiā recōditissimæ ipsius doctrinæ, admirandæq. illius dicendi normæ dignum esse tum assertis senten. tum plerisq. aliis profitemur. Quod si subiecti libri essentiā Valeriola dignosceret, nequaquam tot in Hipo. dignissimam lecturam errores perscriberet: immo ab omnibus huc vsq. medicis receptū ex Hip. opus præstantissimum, summis laudibus ornare dignaretur.

Atq. ne in his nūc detineamur cū hæc obiter ocurrerint, finita hac disputatione eiusdē Valeriolæ met, verbis cōtrariā ipsi rationē esse, schollio quodam demostrabo.

Quibus ad hunc modum traditis adducta destillationis sententia, non solū à calumnia Valeriolæ qui externum aerem, effectricem fluxionis causam appellasse Hippocratē putat, defendetur: sed etiam, vel breuissima enarratione, expositionem continebit.

Sētētiæ Hip. de flatibus expositio.

Et si communi quadam dicendi methodo, quatenus fluxus ex fllatibus generētur, hactenus cōmode assertū sit: proprius tamē id ipsum enodātes, propterea insitū capiti calorem licet à natura non morbos, neq. accidentia tranare, sed ad cūcta corporis munia absolutissime peragranda condonatum fuisse, conspiciamus à ventorum fluctibus, vel aliter præter

ter naturalē factum, tum flatuosum redditum acceptæ vitiatæ naturæ officium obire dicemus: quia & alienam substantiam, & qualitatem vsurpans is non solum intemperatus efficitur, sed præ ipsius intemperie imbecillum cerebrum redditum, plurimis oppleri succis notū est: vel è diuerso magna succorum propter infestantem aerem, aut stomachi repletioné copia in cerebro acerbata non tantum morbos qui instrumentis officiant, sed similares quoque partes vitient producere solet. In innato igitur cerebri calore, siue in interno eiusdem particulæ spiritu, vitio vel ex intemperie, vel ex loci repletione constituto, quid mirum est si destillationes, fluxusque exinde in subiectas partes deriuentur? nullum quidem: calida etenim interim spiritus intemperies, humores dissoluens, attenuansque, frigida vero caput quodammodo cogens velut manus spongiam aqua imbutam conprimensque: vti expressione quadam ad loca ipsa inferiora, crudos transmittit humores. Neque aliud sibi vendicauit, sanguinem per inclussos flatus inuolui viarū angustia caputq. aggrauari: ac si dice

ret,per externum aerem, tum intemperie, tum repletione internum vitiari ſpiritum: atque per intemperiem attenuari, ſiue exprimi, id quidem eſt quod aſſeruit tenuiſſimam ſanguinis partem, id eſt ſanguini admixtum a natura ſpiritũ cõuolui, & à ſuo loco dimoueri: & quoniam præter naturam conſtitutum iam vitioſe per venas, ideſt per vniuerſum diuagari corpus. Fluxionem vero quocumque perveniat, ibidem morbum parere: ac pro locorum varietate, diuerſa nomina eundem affectum ſuſcipere notum eſt. Ideo ſubſequentia ſentẽtiæ verba, tamquã à Gal. 3. de ſymp. cauſ. cap. 4 appoſitiſſimæ declarata prętermittemus: & reliquas canonis partes enodare incipiemus.

Cum itaque ex flatibus ipſa deſtillatio dimanet, perpedite quidem ipſam curaturus medicus eodem atq. natura, auxilio vtitur: ſternutamenta in diuturna è capite fluxione, variis excitans medicamentis: vt tum equidem flatuoſa, tum cruda vitioſaque in cerebro contẽta excrementa expirent, concitato v e illo impetu appoſitiſſime expellantur. Et ſi vero id ab Hippocrate & Galeno ſic receptum

ptum conspiciatur, non desunt tamen qui in destillatione omni perniciosum sternutamentum esse contendant: suę autem opinionis firmam causam esse referunt. Quod in quacumque destillatione subsequatur, thoracem, pulmonemq. vehementer concutiat, pectus totum laceret, ad ipsumque capitis excrementa cō citatissimo eo motu transferat. In suamque opinionis dessensionem Hippo. sententiam adducunt, 2. prædictionnum. 49 ascriptā quam in morbis tantum pulmonis, & pręire, & subsequi malam esse, ille ostendit: propter assertā ab ipsismet causam. Sed in his qui nondum pectoris affectione aliqua oblæsi, destillationē quæ in varias corporis partes, vt in aures, guttur & stomachum, fieri assolet perpetiūtur: quæ nam sit causa propter quam tantum auxilium damnent, cum hactenus nō reddiderint prorsus ignoramus. Suspicor tamen eos in diuturna destillatione etiamsi non in thoracem, aut pulmonē ipsa incumbat, subsecutura ex sternutamento ipsis accidentia timeant. Diuinus autem docuit Hippo. non formidanda esse mala, quæ præter rationem eueniāt. Cum igitur aliquis diuturna destillatio

Inter quos est Bacch. li. de consensu medico. ca. de destillatione.

ne. Non in pectus, ſed aliam corporis partem incumbente afficitur: eique ſternutamenta accidere videntur, coniecturandum eſt, nequaquam imbecillum ipſius pectus adeſſe, quando in diuturno, longoque morbo & qui præcipue inter alios ipſum offendere valet, ac ſolet conſtantem, robuſtamque adeo naturam habuiſſe vt videmus in ipſum, fluxionem fieri ab ea prohiberetur omnino. Quod ſi longo poſt fluxionis tempore reſpirandi inſtrumenta nullo humore defatigata, robuſta permanſerunt preſtantiſſimum indicium eſt, ſubſecuta tunc ſternutamenta, non in pectoris damnum, cum id ſit impoſſibile, ſed potius in cerebri excrementorum exactam vtilemque euacuationem formaſſe naturam. Tum etiam reliquis omnibus capitis morbis, in fine quidem prodeſſe ſternutamenta, Galenus in aſſerto Hippocratis commen. fatetur: tum vulgus fauſtum prædicat. Siue morbi hi per ſe ſint, ſiue deſtillationis accidentia exiſtant: præcipue vero his qui vertigine affici ſolent, commodum ſternutamentum efficitur. Cum vertigo à quodam vapore acreaque ſubſtantia, ſæ

pe

pe ipsi non adeo vti in epilepsia crasso humori admixta generetur: & in ea præcipue capitis parte is humor sit contentus: quæ ex anterioribus cerebri ventriculis viam, ac propaginem accipit: quam nasi initium dicimus. Tum igitur ob materiæ ad similem expulsionem potentiam: tum ob loci simili muneri natura destinati propinquitatem, vertiginosis quam plurimum sternutamentum prodest. E contra vero si eo vapore noxio cerebrum lacessitur, verum ob loci aut humoris obstaculum aliquod vaporis expulsio prohibeatur, ex vertigine ipsum defatigatur: aut ab epilepsia correptum, succumbit. Nec prius præfinitur horrendum symptoma quin magna cerebri contentione, & cõuulsoria contractione suorum ductuum obstructionem dissoluerit. Hæc autem attrocia symptomata sternuttamenta prohibere solent ac possunt. Cum vtriusque affectus materialis causa, in cerebri ventriculis merito à nobis constituatur. In epilepsia, membranam tenuẽ principes cauitates succingentem lacessens noxia, ac mordaci vel propria quadam insita ve qualitate: in verti-

Quatenus sternutamẽtũ fiat, & ꝑ quæ loca & quãtum prodesse valeat Aetius docet ex Hip. lib.6.cap.97 96.

gine autem, animalem ſpiritum turbulento concitans motu, ac veluti vaporem, vel ſubſtantiam quandam vt dixi, flatuoſam ipſum efficiens, merito à ſternutamento ideſt à propria flatuum cerebri vacuatione, expurgatur: & à præter naturali ſua conſiſtentia, & qualitate, animalis liberatur ſpiritus.

Vnde cum in pueris prædictus ſpiritus, tum quia nondum per ætatem ſuperflua ſit expurgatus humiditate: tum quoniam plurima ex cibis intempeſtiue aſſumptis plurimis, ſuccorum cruditate ipſi abundent: cum ob vtraſque igitur cauſas is craſſior ſiue vt antea cũ Hippocrate dicebamus, flatuoſior exiſtat, exinde quidem fit, vt is tum vertigine, tum epilepticis ſæpe paroxiſmis affici videatur. Vt ex conſequenti in his quam maxime vtilia cernantur ſternutamenta. Quibus non ab his tantum affectibus, ſed à plurimis aliis liberari queunt: ex quorum demonſtratione, Apollonium, Aetiumque plurimum labi aperte conſtat: qui puerorum ſternutamentis prohibentia remedia conſcripſerunt: cũ potius in his plusquã in cæteris ætatib⁹ medicamẽta ipſa cõcitãtia, in capitis

pitis affectibus per scribere, iure optimo debeamus. Præcipue in destillationis declinatione: tum, vt plurimorum accidétium originem prohibeamus: tum vt præsentem magnum affectum, iam diminutum, omnino deleamus.

Hactenus desternutamenti in destillatione, & alijs cerebri affectibus vtilitate commode satis disputatum est. Nunc de cauterio, in eadem fluxione, disseramus oportet. Hieronymus Cardanus licet ægregius doctor incaute tamen asseruit, prohibenda in quauis destillatione cauteria, tanquam fortissimum, & nũquam prodens imo non raro inflammationem efficiendo nocens auxilium esse protulit. Amatus vero Lusitanus cauterium coronali comissuræ in frigida destillatione adhibitum prodesse, retulit: in calida vero, raro aut nunquam ipsum admittendum censet. Quod membrum magis inflammet, & materiam fluxibiliorem, & acutioré, & acrem magis reddat. Sed etiam si securius in frigida, quã in calida fluxione cauterium adhibeatur: in calida quoq; vtilissimum est plurimis præcedentibus euacuationibus, reliquisq; tentatis auxilijs; duplex beneficium,

Altomarus cap. de tabe sic inquit, cauteriũ nec ex his quæ actu neq. ex his quę potẽtia inurendi vim sint tabidorũ capiti vllũ adhiberi debet: nisi malũ affluxu acriũ humorũ a capite factum sit acsi at aut non dũ tabidi sint, sed eo morbo opportuni in his ergo adhibitũ, vbi sagittalis futura coronali cõmittitur: aut occipitio inter primã & secundam vertebram quo loco tutius fiet non exiguũ commodum præstat. 5. meth. Gal.

ficiũ,pro duplici opere, agro importãs. Nam quamuis aliquantum in flammet, cum totum in parte, præter naturam contentum humorem tum vacuare,tum ab sumere,tum deniq. affectam roborare particulam valeat:duo inde vti dixi vtilia consequũtur:nimirum, nõ de inceps iam vehemẽter consumptum, vel ex siccatum fluere succum: sed illum tantum qui & ipsam connutrire, & roborare sit potens.Post aures igitur,aut in coronali sutura adhibitum cauterium, mirifice prodesse vidimus:diu & salubriter,materiam vitio datam extrahere efficiens:rorãdiq.facultate,sic parti indita:fluxionis,attractionisq.omnis normam prohiberi ex inde, constans est assertio quidquid sine demonstratione Amatus ambigat. Licet enim parum amplius affecta inflammetur pars:quum tamen vtilitas,exhibito cauterio,consequuta magnitudine inflammationem superet: additusq. inflãmationis gradus, finito cauterij opere,præfiniatur:ea propter dempto omni leui alicuius futuri accidentis,timore in signe hoc præsidiũ,destillatione,quacumque diuturna affectis adhibebimus. Præsertim cum in nullo alio iam auxilio,

In syncipite cuius partis rarã structuram esse Galenus scribit 6. epid. sec. 2. com.siquidẽ ĩ ipso inquit suturæ laxissimæ sunt & ipsa caluaria subtilissima plurimisque meatibus pro via:ad hæc & multa sensibilia corpora per suturas euadunt.

lio spem ægri cõtinuerint. Reliqua quæ de vsu cauterij, & auxiliis sternutamenta incitãtibus, ab authoribus sunt scripta quia sine discrimine aliquo vt vera ab omnibus medendi professoribus, sunt recepta, nunc breuitatis causa præter mittam. Quum de his tantum hoc opere, disserendum decreuerim, quæ ad modum difficilem medentibus parere sensum possunt.

Additio pro defensione libri Hip. de flatibus.



INternum cuiq. natura inditum spirtum, nunc proprio, nunc alieno motu compulsum flatum, eo in libro. appellasse Hippocratem & supra à nobis, ex eiusdem doctrina, relatum est: & series conscribẽdi ipsius met operis aperte ostendit, vt cum mortalibus spiritum vitæ authorem esse inquit, cum corporum nostrorum, ac vitę substãtia spirituum, in nobis, & copia & commoderatione cõstet illorũq. vigore nitatur.

tur. Atq; non his tantum, ſed cæteris quoq; mundi rebus eſſentiam, vim, permanentiáq; tribuit: vt idem Hip. impugnator, non absq; honoris detrimento ſibi euidenter contradicens, ſuiq; in memor. 2. de locis cõmunibus lib. cap. 4. ſic id verum eſſe fatetur. Non enim ex vna cauſa, ventos aut inuenit, aut per diuerſa diſponit, rerum moderatur deus. Sed primũ vt aera non ſineret pigreſcere: ſed aſſidua motione vtilem diflatum vitalem, ſalubremq; redderet terris: deinde vt imbres terris, largos funderent: iidemq. nimios cõpeſcerent, & nubibus depulſis ſerenitatem inducerent. Siquidem nubes, modo venti ipſi adducunt, modo deducunt. Vt toto orbe ſecerni, atq. diſtribui pluuiæ poſſent. Quid quod fruges percipi non poſſunt, niſi flatu, ſuper vacua, & mixta ſeruandis ventilentur? niſi eſſet quod ſegetem excitaret: & latentem frugem ruptis velamentis, & membranis ſuis quę folliculos agricolæ vocant apperirent? quid quod omnibus inter ſe populis, todo orbe diſſitis, vẽtorum beneficio cõmercium dedit, & gẽtes diſſipatas locis miſcuit. Dedit itaq. ſummus rerum parens deus ventos, ad

custo

custodiẽdam cœli, terrarumq. temperiẽ: ad euocandas vt antea dicebam, supprimendasq aquas, ad alẽdos satorum atq. arborum fructus quos ad maturitatem, cum alijs causis adducit ipsa iactatio. At trahens cibum in summa, & ne torpeant promouens. Dedit ventos ad vlteriora noscenda. Fuisset enim imperitum animal, & sine magna rerum experiẽtia homo, si natiui soli fine, circũscriberetur? quis Paulo inferius inquit igitur non summam, & admirandam dei, inuentorum natura potentiam, sapientiam, prohibentiamq. admiretur: quod ipse inquit facere non desinam: hactenus ille qui, nõ solum admirandus, sed irridendus venit: quum ventis eam potentiã tribuat, quã ex Hip. sententia omnibus spiritibus tribui non licere, arbitretur: vt cum inquit Hip. mare, spiritus particeps esse: solis & astrorum viam, per spiritum existere. Illud quidem non vt simplex acceptum elementum: hoc quidem quatenus per spiritum astra à nobis per spiciuntur, viã habere retulit. Et vt in summa referam, in plurimis eius cõtradictionibus plures committit errores, quos pro Hip. autoritate ac præstanti illius lib. doctrinæ honore,

nore, recensere nolo. Si tamen aliquando pertinax adhuc existens, in auditam et maxime erroneam suam opinionem deffendere conetur: sciat eis démet Hip. ac Galeni verbis, totum libellum posse exponi conciliari, ac defendi, ergo de flatibus, siue spiritibus liber, dignissimum Hip. censetur opus.

7. Canon. In raucedine, ac tussi sæpe venæ incisio prodest.



Tussis in vniuersum asperę arteriæ in equalitas est causa Gale. teste. in lib. de simp. med. faculta.

S Iue à capite, vel ex aliis corporis partib⁹ ad guttur asperamq. arteriã cõfluens humor raucedinẽ cõcitet, siue in pectus defluens, tussim faciat, triplici ipsi medebimur via, vacuatione nimirum, diuersione, & resolutione. Sub vacuatione quidem, sanguinis tantum missionẽ, & purgationẽ describentes: perquę etiam auxilia, diuersionẽ proprie perfici. Quẽadmodum adhibitis præsidiis, quæ calefaciendi, ex siccandiq. facultatem obtineant, tũ per balnea, exercitia, frictiones, tenuem victum & ad prædictã qualitatum facultatẽ vergentem

gentem,ac ſimilis potẽtię naturæ q.flatũ tertiã relatã curandi methodũ per agrari nullus medicinæ aprime doctus ignorat. Quibus euidentiſſimis pręmiſſis fundamentis,nullus in curatione ſimilium aberrabit ſymptomatũ.quippe,ſiue mordax,ſiue multus is ſanguis ſit, qui in reſpirandi defluens inſtrumẽta, ſimiles peperit affectus,& vacuatione,& diuerſione ab affectu particula detrahendus neq. alia quidem ratione,quam eiuſdem ſanguinis miſsione, id confici quit. Ex qua autem vena: & quantus ſit auferendus ſanguis ,in fine huius diſputationis referemus.

Niſi ita admodum paucus ſit&mordax vt ſolis contẽperã tibus medicamẽtis curari valeat.

Obiectio.

Sed cur Auicenna neq. in raucedine, neq.in tuſſi,vnquam ſanguinem mittendum eſſe conſulat,ipſius imitator Valleſius de taranta inſinuare videtur: cum ſic inquit. Si rauco ſanguis mittatur, vix, aut nunquam raucedo ſanabitur : quoniam ſanguinis miſsio , ad inſtrumenta voci deſtinata,paratiorem facit fluxum ipſumq. confirmat. Hoc idem refert Amatus.Luſi.cent.3.curat.34. vbi, quendam fingit ægrotum raucedine,tuſſi ſicca , & febre laborantem , absq. ſanguinis detractione,contra cuiuſdam medici opinio-

opinionem recte curasse: ac rursus ipse inquit abstineant medici omnino suaderem, in raucedine, à venæ sectione, huic precipue simili: quum vt expertus sum, ab ea grauia gignantur symptomata, & primo morbo grauiora. Hi igitur omnes non solum sanguinem non detrahendũ in his affectibus consulunt: verum etiam similem vacuationem maxime damnãt, tanquam grauissimorũ accidentium paratissimum principium.

At vero etiam si ab assertis similis opinio accepta, vera ac propria curandi methodus censeatur: apparẽtem tamen, & nequaquam demonstrationis, aut probationis vllam habere vim, ex his quę nũc dicentur, facile percipiemus.

Quãdo ĩ raucedine & tussi sãguis mittendus sit.

Cum destillationis originem in pręcedenti enarratione describebamus, tam calidæ, quam frigidæ, fluxionis initium caput male affectũ exhibere dicebamus non quidem negantes, & a reliquis corporis particulis male affectis, ipsum caput per consensum affectum, destillationem parere. Quando igitur raucedo, aut tussis, aut quiuis alius corporis morbus in capite permanentem obtinet causam is quidem, initium curationis à capitis medella

medella accipiens, fluentis semper succi vacuationem diuersionem, consumptionemq; ex poscit. Quod si igitur pitui tosus sit, qui affluat succus, nec aliis videatur permixtus humoribus, per ea medicamenta, quæ ipsum deducere valent est euacuandus. Si vero biliosus existat, cum is raro aut nunquam, absq; sanguinis, in capite contenti, vitio aliquo, fluxiones efficere soleat, ac ingentes persæpe, ex addito calore, & motu, sanguinis inflammationes gignat, missione sanguinis primum curari debet, nunc in ipsa detractione, vacuantis scopum, nunc diuersionem tantum fluentis succi, nũc vtrumque attingentes. Siue igitur admodum biliosus, siue sauguini admixtus affluens succus sit, merito per sanguinis detractionem curari incipit. Quppe auxilium hoc tria præstantissima munera perficit : præstantius quidem quam cætera, ex omnibus succis vacuans : promptius fluentes calidos diuertit humores, ac tandem calidam in temperiem citius demit. Quum raucedo ergo aut tussis, ex capitis destillatione dimanauerint, perscripta methodo curãdę venient, verum si ne dum

calida cerebri intemperies ipsorum accidentium causa existat, sed cum ea pariter, aut sine ea, per vniuersum corpus calidi redundent succi ex quibus non raro febris oboritur, sanguis etiam mittendus erit, tum vt vniuersalem corporis plenitudinem minuamus, tum vt corpus attemperemus, & ab his deniq; fluxionibus ipsum commode liberemus. Vtiq; si ex sola plenitudine humoris, absq; manifesta intemperiei insinuatione fluxionum morbi oriri assolent, ac per nullum hactenus inuentum præsidium citius promptiusq; corporis repletio detrahi, quàm per sanguinis euacuationem perfici valet: consequens est, vt his morbis, ac quibusuis alijs, ex calidis fluxionibus ortis, venę incisio conferre sit potens.

Lusitani opinioné refutat.

Demum, etiam si Lusitanus impactam faucibus humiditatem, tenaciusq; ibi imbutam raucedinis causam, vt pote frigidam fuisse: ideoque à sanguinis vacuatione abstituendum referat: tamen cum ille febre laboraret, sanguinis detractione curaturus erat: tum quia febris, non spernendus affectus, tantum ex poscit auxilium, vt pote vrgentem

Ferme in omnibus quæ a putredine oriũtur febribus sãguiné mitti optimũ duxit. 11. met. Gale. in ardẽtibus etiã idé faciẽdũ docens.

tem

tem causam insinuans, aut insigne aliquod periculum innuens, ad ipsam sanguinis detractionem medici manum cõuertat, etiam si reddundantis sanguinis concursus non adsit, tum quoq; ob relatam, ab eodem Amato, ex Galeno, sent. partem, ante totum sanari non liceat: pro inde, nisi dogmatum ordinem inuertere velimus, a totius curatione, ac euacuatione oriri debeamus. Porro, quum operatio hæc tum medicamentis, tum etiam sanguinis missione compleri potest, nos à sanguinis misione, vt pote euacuatione vniuersaliore, nitium fecimus. Et paulo inferius, in commoda, quæ in superiori raucedinis curatione timebat, vitare cupiens. vnc. v. fluere permissimus, capitis frigiditatem timentes: etenim qualitas hęc sufficiens est multum iuuare, & non nocere. Potius igitur, cum eo, multa detractio est timenda, quàm auxilij genus. Ex quibus cum Galeni, tum eiusdem Amati verbis, euidẽter liquet in raucedine, & tussi, sanguinismissionem ſępisime opportunum, ac vtile existere auxilium, etiam si confusse alias, idem interdicere ipsum conspiciatur.

Lege.6.met. cap.4.

Eadẽ. 3.cẽt. cap.65.co.45. meth.lib.

Necpluribus tamẽ quam duobus modis id põt cõtingere. s. vt cũ materia tussis sicca excitetur.

An in sicca tussi conuenit nonnunquam sanguinis missio, nunc referendũ est. siccam tussim appellant, perquam nihil obnoxij succi, ægri expellunt. Videtur equidem, aut tenuem humoris consistentiam, ab spiritu tussi concitato, vehi non posse aut nimis crassam, tenacemq;, non facile ab arteriæ cartilaginibus, per tussim separari valere: quibus de causis, tantum auxilium nequaquam in simili affectu vtile esse cernimus: quippe in tenui, dempto sanguine è venis in culpato, qui non nihil fræni, bilioso admodum succo imponebat, bilis amplius efferuescit, in crassiori vero, crudior ex inde humorum substantia reddita: curationi deinde, vterque humor, minus quam antea obediet: ergo in sicca tussi sanguis mittendus non est: etiam si febricula aliqua ipsum con comitetur affectum. Quippe si ex in pactis, frigidisque succis hunc excitatum affectum missione sanguinis curare tentes in ea incommoda ægrum incidere facies, quæ ex in tempestiue misso sanguine oboriri solent: quorum descriptio, à Galeno. 9. medendi methodi, libro habetur. Si autem ex admodum bi-

Ex subsecuta refrigeratiõe & inanitis exiguis quibus fouebantur spiritibus, vt pote crudiores ex inde fieri succos.

Quã obrem Gale. 12. lib

biliosis, maximeque tenuibus succis or tam siccam tussim, eadem vacuatione, asserta, cures: bilis scandescantiam, mordacitatemque, aucta ex inde, toto corpori siccitate, euidenter augebis, in culpatum quidem sanguinem detrahentes, nihil aliud nisi innati caloris insitam, ac natiuam humiditatem minuere efficiunt; qua diminuta superantis succi id est calidissimæ, & siccissimæ bilis, siccitatem adaugeri, necessum est. Quæ cum lima caloris sit, calidius, ac biliosius quam antea corpus reddit. Vnde non immerito hæc prospiciens Galenus, sic referebat, Quum parum succi à sanguinis natura deuiarunt, mittendus tunc sanguis est. Si vero bonus sanguis exiguus sit, reliquus vero succus, plurimus, in his à sanguinis detractione abstinendum est, per reliquos succos, tam bilem, quam pituitam, quam melancholiam intelligens, caute quidem tunc, talis detractio timenda est: ne exuperantium humorum, tum maior quantitas, tum quoque potentior facta, concitata ve qualitas, in peiorem primo, statum, ægrotum deferant. Ideo in biliosum os ventriculi obtinentibus, in

meth. etsi in omnibus fe me quę aputredine oriū tur febribus, sanguinem mittēdū doceat: vt ī ea tā tū a frigidioribus succis sit contracta sanguinem mitti prohibet, sola tum frictione, tū inedia curare docens maiorem nimiū cruditatem humorūatq. syncopes ab ea metuens.

erysipelate, herpete, in vlcerosa lassitudĩ ne, & similibus morbis, sanguinem mitti Galenus sapienter prohibet. Multa igitur ratione, sanguinis detractionem, sicca tussi oblæsis vtilem esse credimus.

Quibus sic, præhabitis plurimæ eiusdem Galeni sententię refragari conspiciuntur: ad quarum dignotionem, & genuinam veritatis indagationẽ nunc obtinendam, scire prius licet, an morbus, in quo, de huiusmodi vacuatione difficilem sensum habemus, intra venas, aut extra eas sit constitutus. Si quidem intra vasa existat, etiã si reliquorum humorũ maior, quàm sanguinis copia extet, sanguis ipse detrahendus est: cũ propter eãdem causam, in simili vacuatione, maiorem reliquorum, quam sanguinis copiã, ac tandem exuperantes, & præter naturam consistentes humores facillime, & sine commotione, detrahemus: vt pote, si sanguinis missio, omnium humorum est euacuatio, & intra venas complurima sanguini admixta bilis, symptomata excitans, adesse dignoscatur: nullus in hac arte commode exercitatus, sanguinem haud mittere desinet: quũ intra venas cõtentam bilem copia aut qualitate infestan-

stantem, aptius sic quam cæteris cunctis, ipsam detracturus auxilijs, constanter sciat. Ideo fit, vt ardétibus ipsis febribus exquisitissimũ, præstantissimumq; ipsũ existat auxilium: quando vna cũ sanguine, bilis eximia copia propelli aspicitur ac eius residuum intra venas deinceps asseruatum, & ab intenso, grauis illius sarcinæ, calore liberatum: sic á natura vincitur, ac superatur, vt tũ per vacuationem expellatur, tũ etiá in frigidũ statũ cõmutetur. Quod si extra venas corporis affectus permanet, non quidé, illi proprie relatũ auxiliũ cõuenit: immo nõ parũ ipsi nocet. Imperitorũ quidé opus fuisset, affecta aliqua corporis minima particula, sanguiné detrahere è venis cũ vel nullo, vel maxime paruo accidéte corpus sit affectũ. Quéadmodũ etiá prudétis medici erit, in eisdé, extra venas permanẽtibus, morbis, vená aperire: dũ simul cũ his corpore affecto, pletora venę laborét: vel etiã dũ externus affectus, manifestá ipsis noxã impartierit: vtraq; autẽ ratione iá intra venas oblæsus sanguis est & detrahi oportet. In erysipelate, ꝓpterea, ac in herpete sanguiné nõ mittemus: q, citra venas sint affectus, ab eorumq; læsione

Sanguis dupli. rõe intra venas peccat quantitate & qualitate.

in munis ſanguis exiſtat. Pro inde docte Galenus in his atq. laſſitudine vlceroſa nequaquam ſanguinem hauſit: caute tamen proſpiciens ipſos: vt ſimplices nimirum ſint; & citra ſanguis copiam eueniant; nam in phlegmone, & laſſitudine phlegmonoſa ſanguinem copioſe mitti docuit. Vti etiam in bilioſum os ſtomachi habētibus, cōgruētiſſimū ipſū extat pręſidiū. Si morbi magnitudo ipſos opprimat, etiā ſi nullū redūdātis ſanguinis ſignū appareat. Vt oſtēdit plerisq. in locis, ipſe Galenus præcipue tamen. 9. method. 4. ac lib. de ſanguinis miſſione. Quod respondebimus ſententię Gal. ex 4. ſanitatis tu. libro adductæ: vbi ſi ex optimo ſanguine quam minimam portionem ex reliquis vero ſuccis plurimā corpus obtineat, ſanguinem detrahendum non eſſe monuit, ac reliquos ſuccos omnes, nonnulli crudos appellant. Referendum eſt, vel febre tunc corpus laborare vel alio, extra venas exiſtente, affectu. Si autem febre afficiatur, dum virtus ſufficiat, ſanguis mittendus eſt. Quod defenditur authoritate Galeni, qui lib. de ſanguine mittendo, cap. 9. ad hunc modum inquit.

4. Sanit. tuē. & lib. de ſangui. mi. 7. ca.

Si quis vt magnū incurrat morbum ſit habilis, licet nullū in corpore ſymptoma acciderit venam tamē ſecundā cenſemus lib. de ſang. mi. ca. viij.

Licet

Licet enim frictionibus multis balneisque, & ambulationibus, aliisq. motionibus, ad hæc vnctionibus digerentibus celeriter plenitudinem exhaurire, si vtique videbitur non esse crassi sanguinis abundantia (talis est, vt plurimũ melancolichus) raro vero crudorum, quos vocant humorum. Cæterum in redundãtia humoris melancholici sanguinẽ mittere præstat, aut certe omnino medicamento attram bilem expurgãte. At vbi crudi succi exuperant, ante quam morbus inuaserit caute vacuabis: sed vbi iã febris] corripuerit, vti antea monui, nequaquam, hactenus ille. Itaque etiam si crudi abundent in corpore humores, si febris adnata fuerit, sanguinẽ mittẽdum iubet: nam vbi virtus sufficiat, morbusque id auxilium postulet: ipsum humorum cruditas haud quamquã prohibet: nisi tanta ipsorum accumulata copia sit, vt virium roborem demat, sic venam secari impediet: citato lib. cap. 8. Galeno referente.

Quãdo quibus corp9 ex succorũ abũdãtia in abile ad trãspirationẽ iam redditũ tãtũ caloris cõge sit, vt inde iã febricitet, his tãtũ sanguinis est detrahẽdũ quãtũ vires tollerãt lib. de medẽdi metho. ca. 5.

Quod si extra vasa ex humorum crudorum copia obortus affectus, neque febrem, neque phlegmonem pariat, nulla ratione tunc sanguis detrahendus est. In

Lege. san. tu.

cisa

cisa enim vena, bonum sanguinem emit tit, is quidem facile fluit, malum qui in primis maxime venis circa iecur colligi tur, in totum attrahit corpus. Dixi nisi phlegmonem talis copia gignat: quippe orto phlegmone, non solum vbi plenitudo ad est, verum etiam citra plenitudi nem, mirifice venæ sectionem prodesse, idem auctor asseruit. Quũ dolor sanguinem ad se trahat, & sæpe partium debili tas phlegmonem, absque hoc, vt in corpore plenitudo sit, procreet.

7. Cap. lib. de sang. misio.

Quibus ad hunc modum præhabitis, etiam si longe digressa sit incepta disputatio, ad quęstionis tamẽ enodationem vtilis, opportunaque, & nequaquam debito longior censebitur. Euidenter quid in sicca tussi optimus medicus perficere debeat, intelliget. Prius aduertens, an magnus morbus tussis ipsa fit? an febrem ascendat? an vires valeant? Nam est quædam tussis ab intemperie, siue calida, siue frigida, siue sicca oborta, quæ adeo exigua esse solet, vt & supprimi, & ne eueniat, facile prohiberi posit. Quæ etiam ex paucissimo aliquo humore cõgenita, similem vim naturamque continet; ac propterea tales siccæ tusses ac

cæte

cæteræ omnes ex minimis caußis ortæ, nullam insignem postulant euacuationem. At si quoniam crassi lentiq. succi, firmiter bronchijs infixi contineantur: vel quia humor à capite ad asperas defluxus arterias, non aliter atque aqua tenuis sit, ac qualitate mordax, valida exinde vehementissimaque sicca excitatur tussis, quę magnus vndique morbus dicetur. Nam & si vrgentissimam habuerit causam, nequaquam natura motum ipsum concitans, expulsioni eam parere quit: immo potius ex inutili, ac magna ea spiritalium instrumentorum cōmotione, quam rigoribus natura similē esse Galenus portendit, febrem accendit. Præter primum autem vehementem respirationi difficultatem adhibēdo: ob febrem vero tum cordi, tum vniuerso corpori non spernendum malum importans, magni morbi nomen aperte merebitur. Propter has igitur causas, in sicca ac tussi venam scindemus. Tum pariter, quum ex retentis mensibus, aut testium, hepatis inflammatione, ipsa oborietur. Quum ex his non solū febris excitetur, sed nisi sāguis mittatur, acuta ea fiat, & apoplexię paraplexiæq. facile inde

4. De lo. aff. 2. prog. 1. de morb. vulg. & 2. de caus. symp.

2. de causis symp.

inde adnaſci conſpiciãtur. Cuius rei au ctor eſt Hippocrates.2.epid.ſec.1.ſen.9. At ſiquis vt magnum incurrat affectum ſit habilis, licet nullũ in corpore ſimpto ma acciderit, venam tamen ſecandam cenſet Gale.lib.de ſang.miſ. capi.8. Igitur in vehementi tuſſi ſicca, quæ per magnas ſpiritus efflationes notatu dignam arguit cauſam, ſanguis è vena extrahendus eſt: ſi non præſentis ſaltim futuri periculi magnitudinem vitare cupientes. Nec ad ſimile opus prohibẽdum, crudorum ſuccorum copia, ſed virium robur inſpiciendũ eſt. Sic igitur à ſarcina, & plenitudine liberata natura, non tãtum per inceptas ſpiritus efflationes, ſed etiã præſtantioribus, nobisq. in notis vacuationibus, reſiduum afficẽtis ſucci expellere poterit. Idque quotidie experientia vtile quammaxime eſſe perſpicimus. ex qua autem vena talis ſit facienda vacuatio, cauſarum origo, id tibi notũ faciet. Si enim ex capitis deſtillatione humeralis dextri brachij incidenda eſt: ſi ex toto corpore, aut febris ſine affectæ alicuius particulæ dignotione exorta ſit, internam eiuſdẽ brachij, aut loco eius cõmunem aperies. Si autẽ ex hepatis inflã-

Quod ſi ſanguis ille diu detentus acrimoniã cõtraxerit tum quia in pulmonẽ acrẽ vaporẽ trãſmittit: tũ etiã quod cõpreſſione inferet in thorace anguſtiam, tuſſim ĩterdũ cõcitabit qualẽ pa ti maxima ex parte ſolẽt, quibꝰ iecur potiſſimũ in tumorẽ eſt allatũ Pet. Iac. ste. in cõ, 2. 2. ſe, epidi. 9.

4. epi. Hipp. circa finẽ li. tuſſiũt ĩquit tuſſim ſiccã qui teſtes affectos fiũt & ex tuſſi vena ſecta ad teſtem ſolutio fit.

matione, iecorariam: si ex retentis mensibus internam dextri malleoli: si ex renuum inflammatione, vel superiores id est brachiorum, vel inferiores, siue pedũ venas secare facies. Atque hæc de sanguinis euacuatiõe in raucedine, & vtraque tussi humida nimirum & sicca velut compendio asserta exiſtunt: ne longiori disceptatione maiorem lectori molestiã inferamus.

Crebri anhelitus, ac sõni particeps asthma existit: ac non raro febre etiam participat. 8. Canon.



T si multæ ac variæ sint difficilis respirationis differentiæ, iuxta Galeni doctrinam, qui primo statim de difficultate respirandi libello, ad minus octo differentias statuit. Ne tamen dictu longiores in his, quæ copiose adeo ab ipso relata sunt videamur: de ea tantum nunc differemus, cuius quidem asthma particeps sit: cum hęc tantũ curationem ad oriatur; reliquæ vero respira

ſpirandi difficultas, raro, aut numquam per ſe, ſed ex affectuum equibus oriūtur medella, remedium ex poſtulāt. Proprie igitur aſthma Græcis is morbus extat, qui à Latinis anhelatio nuncupatur: ob difficilem crebramq. reſpirationem: de qua difficultatis reſpirandis differentia, in ſimili affectu nequaquam Græci, Latinique diſſentiunt medici. Sed omnes pariter aſthmaticis denſam ſiue crebram in eſſe reſpirationem, profitentur. Vtrum vero magna, vel parua ea ſit, nondum perſpicuum conſtat. Quum nimirum. 3. de difficultate reſpirationis lib. ca. 7. par uam denſamque ipſis adeſſe reſpirationem aſſerut, At vero cap. 5. eiuſdem lib. non paruam, ſed potius magnam; ſimulque denſam eſſe portendit. Pugnantium inter ſe locorum verba huiuſ modi ſunt.

3. aphoriſm. 26. co.

Quod in ortophneis quæ ab aſthmate ſola magnitudine differunt, paruus ac denſus fiat ſpiritus: ob coarctationem reſpirationis organorū: haud ſcio an quiſquam ignoret. Et id ipſum Hippocratem pronuntiaſſe ſcribit: dum in prædicto libro de angina narrantem, ipſi, & ortophneæ talem reſpirandi diſ-

ficul

ficultatem inesse prædixisse, autumat.

Alter locus huic contrarius est huiusmodi. In peripneumoniis, anginis, & ortophneis, densus, & magnus fit spiritus.

Inuenienda itaq. nobis hos locos cõciliandi, via quedam erit, qui quum & secum ipsi pugnare ex aduerso videantur: fieri non posse putãdum, vt quæ maxime dissentanea sunt de eadem re, ab artis sapientissimo sint relata. Ratio auté, qua pugnantes hi locij constabiliri, ac conciliari possunt, hæc est vt rerum de quibus sermo fit, essentia, & causa dignoscatur. Sic vna ipsa loca, stare, probeque cohærere inuenies.

Quid asthma sit, & à quibus oriatur causis, & si variis in locis Galenus perscripserit, vnico tamen verbo, cunctaque de hac re sentit, perstringam. Est quidem respirandi densa difficultas, cũ pectoris sono simul afficiens: à crassis vero, lentisque succis vias spiritus ocupantibus, aut ab aliquo crudo pulmonis tuberculo oboritur. Orthopnea igitur, aut ob instrumentorum respirationi deseruientium angustiam tantum fit, siue à viscisdis crassis ve succis orta, sit siue

Essentia asthmatis.
Causæ asthmatis.

à cru

ue à crudo in pulmone existente tuberculo adnascatur: aut simul cum hoc eædem respirationis particulæ, inflãmationis affectus sunt participes. Si igitur absque præter naturali exuperanti in respirandi organis, calore ex sola eorũ angustia ipse productus fuerit morbus densum, ac paruum reddet spiritum æger. Quippe impossibile est per obstructas vias libere magnum efferri spiritum etiã si ipsum efficere, totis viribus conetur facultas sed pluries à succis ibi præter naturam contentis impeditum, crebrũ propterea fieri, vt pluribus quidem spiritus efflationibus, multæ spirationis necessitati natura subuenire queat. Hinc inde fit vt crebram ob necessitatem expirationis, paruam vero, propter instrumentorum coarctationẽ huiusmodi, ortopnoici respirationem obtineant. At vero si eidem instrumentorum angustiæ, exuperantis caloris fuerit magnitudo adiũcta: neque sic magnus ac densus reddetur ab ipsis spiritus: quum & viarum vt vidi coarctatio magnũ ipsum fieri omnino prohibeat, ac in tali vsus necessitate adauta deffectum magnitudinis expirandi, frequentia congruenter natura resarcire

soleat

soleat & valeat. Solum igitur tunc temporis, densæ respirationi magnitudinem ægri hi addent: quum nimirum magnitudo internæ inflammationis, multo viarum angustia maior erit: tunc magnus exuperans calor crudos ac viscidos quasi vincens incidensq. humores, paulo sic quam antea latiores aptiores ve ipsas reddit spirationis vias: tum quoq. inspirandi ac exspirandi simul necessitate, cordis essentia coacta, impulsaq. magnam & densam edit respirationem: nõ parua sæpe instrumentorum impedimẽta subuertens. Cuius rei manifestissimum habemus exemplum, in his qui laterali premuntur dolore: hi quidem diuersis rationibus edunt spiritum: alij quidem paruum alij vero magnum ipsum efferentes. Qui enim non vera pleuritide, sed mendoso aliquo costarum dolore, non quidem insignis inflammationis participe oblæduntur, paruum tales edunt spiritum: eorum thorace, ne nimis in efflatioue vna, aut velociter vt vsus postulat ipse dilatetur, à dolore impedito. Quippe dolentibus minus graue est per longiora interualla, quam per breuiora maioraque dimoueri. Qui autem

pleuritide vera læsi sunt, quum inflāma-
1.de diff. re- tionem eorum plurimi, in locis supra se
spi.16.ca. ptum transuersum obtineant, tum den-
sum, tum simul magnum edunt spiritū.
Vnde Hippo. dixisse est visus. Densum
1. progno. spiritum dolorem, aut inflammationem
3. de. dif. re- in locis supra septum transuersum insi-
spi.5. nuare. At vero inquit Gal. cum paruita-
te dolorem: cum magnitudine semper in
flammationem portēdere. Cuius rei præ
claram exhibet causam. 3. de diff. resp. ca
pi. 6. &. 7. loco magni spiritus, multum
1. progno. intellexisse Hip. referens. Densi inquit,
spiritus dolor causa est, multi autem nō
hic, sed calor febrilis. Cæterum hic val-
de manifeste, nō magni spirit⁹ dixit, sed
multi. Magnus enim quātitate, circa sin
gulas respirationes iudicatur. Multum
vero possibile est aliquando ex multis
paruis coaceruari: & apparet hoc mani-
feste fieri in pleuriticis: qui magnum spi
ritū semel ducere nō possunt ob dolorē:
quáuis pluri aere, ob febrē opus habeāt:
cōtinuitatem vero actionis æqualē mul
titudinem spiritus, magnis respirationi-
bus coaceruant. Quod enim paucæ ma-
gnæ, hoc multæ paruæ possunt: sic in pe-
ripneumonicis euenit. hactenus ille.

Vbi

Vbi quidem doctissime Galenus densi spiritus, ab Hippocra. primo præsagiorum conscripti expositionem, secundũ magnitudinem, paruitatemq. pręstãs, quatenus in pleuritide ob dolorem: in peripneumoniis ob viarum angustiam magnus nõ proprie, sed quia multus ab Hippocra. nuncupetur spiritus. Quũ igitur respiratio quæ in orthopnoicis inflãmatoriis affectibus permixtis fit: prædictis respirationibus, anginæ pleuritidi, & peripneumoniæ à Gal. cõparatur, aduertendũ tunc est, per magnam non semel intensam, sed multam intelligi spirationem. Nam quantumuis magnus febrilis ad sit calor, si dolor, aut coarctatio in respiratoriis instrumentis constituta reperiatur: non magnus, sed paruus, & dẽsus, hoc est frequẽs, aut multus reddetur spiritus. Sicque Gal. loci à calũnia liberãtur: exindeq. euidenter percipimus, per nullum auctum in assertis viis, calorem magnum posse orthopnoicos emittere spiritum: sed semper paruũ, ac densum.

Quam locorum disceptationem alij aliter sic exponunt: vt orthopnoici quidem non proprie dicantur, vehementem, aut magnam efficere respirationem

ſed quia ad mun⁹ ex neceſſitate magnū, vſus ratione futurum, obeūdum thorax maxime dilatatus, magnæ reſpirationis apparatum inſinuet: verum quum inſpirata aeris quantitas, diſtentionis magnitudini haud quaquam reſpondeat: merito talem reſpirationem, magnam reſpectu dilatationis partium: paruā penes aeris attracti portionem, cum Gal. nuncupabimus. Quod pari quoque via in vſu pulſuum accidit, maiorem nimirum dilatationem coarctationemq. arteriæ fieri, quam vſus expoſtulat: vt in conuulſis magnus ac vehemens pulſus eſſe videtur. Eſt vero hic non imbecillus, neq. paruus, non perinde tamen, vt videtur magnꝰ ac vehemēs: ictus enim imponit dum obtenſionem validus vibrationem inquit idem, exilire ſiue ob tactū ad conpreſſionem fugere videtur. Idem quoq. in his qui per validas affectiones interitui, propinqui magnos vtiq. edunt Pulſus, licet parum vim prodeant, vltimos ſi quidē conatus, vt quod ſe grauiter contriſtat expellat, natura efficiēte. Eadem pari methodo, reſpirandi actio in orthopneis magna licet parum ſit quod per ipſam inſpiretur apparet: præcipue cū manife

4. aff. lo. & 1. de. diff. reſp.

4. de cauſ. pul. cap. 17.

manifesta imbecillitate pectoris muscu li affecti fuerint, omnes simul vnũ opus explere cupientes vehementer moueri videntur; etiam si degente sanitate, vel forsan alter eorum tantum, simili vsui ac necessitati succurrere valeret: maiorẽ spiritus lationem vtramque is solus, quã omnes simul, perficere potens. Ac pro pterea demum, magna in orthopnoicis aparet respiratio, licet non ita ob viarũ angustiam, adsit.

Non desunt quoque qui asthmata siue orthopnea affectos, absque febre existere omnes referant, Galeni auctoritate freti qui.6.epi.sec.4.com.4. orthopnea inquit, id est recta spiratio absque febre omnino contingit, à crassis lentisq. succis vias spiritus occupantibus orta, aut ab aliquo tuberculo crudo in pulmonibus consistente. Alij vero similem affectionem non raro febri adiunctam esse, proferunt: id tamen tunc fieri dicunt, cũ nimirum orthopnea non quidẽ affectio ꝯst, primo actiões lædens, sed post aliquẽ affectum, aut simul cum eo, corpori eueniens accidens proprie existit: eiusdem citati auctoris testimonio ducti, qui. 2. prorrhe.53.cõ.in peripneumonicis pleu

ritide & grauissima angina, orthopneã fieri asseruit. Hoc est in inflammatoriis, vt sic dicam morbis factam, non sine febre cõtingere ipsam docens. Quod aliis ipse verbis ostẽdit.39.eiusdem lib. com. Asthmatica acutaque respirãdi difficultas oritur refert, ob flatus pituitæq. multæ ex capite in pulmonis bronchia, per asperam arteriam defluxum: atque ex pleuritide in ea trãslata, & pure multo, propter affectionem aliam mediũ instrumentorum duorum occupante locum. Quo in loco apertissime varios asthmatis ortus ipse declarans: & eos nonnulli in duplicem genere causam redigunt, in calidam siquidem frigidamque, ac ortophneam inquiunt, ex frigida causa ad natam, sine febre omnino adesse profe-runt: sicut ex calida semper febri cõiunctam esse ostendũt. Ipse tamẽ si bene memini, capite de angina id aliter exponẽs dixi: nullam fere corpori insignem respirandi difficultatẽ caloris cordi insiti in dies augescat magnitudo, febrisque oriatur. Quæ quum ob viciniam frigidorum humorum multam accendere flamã nequeat: ideo lenta, parua ac cognitu persæpe difficilis adest. Quum igitur autẽ nimis

Id est bronchia.

Ideo. 4. dẽ locis af. vbi post pleuritidẽ orthopneã fieri tradit, non ablata sed remissa tantũ febre similis subsequi pathema asseruit: quasi per ea verba vellet docere in orthopnoicis inflãmationes internas lẽtas adesse febres ergo nõ semp illud verũ est dicere absq. febre asthma adesse.

nimis frigidi hi erunt succi, sed calidis admmixti multitudine vias opprimentes: aut aliquis calor iam ipsas asperas depascatur arterias, tunc sine dubio orthopnoicis febrem, & si nõ magnam accendi dicemus. At si frigidi & in asthmatis non vero orthopneæ, principio ipsi molestantes adfuerint succi, nequaquam febris oborietur, vt pote neque nimia spirandi difficultas, cum ea non ad sit, vsum spiritus augens: tum humorum frigiditas cordi vicina, ipsius calorem augeri prohibens. Itaque febris non est proprium asthmatis signum, accidensque, ideo absque ea sępe fieri asthma Gal. asseruit: verum non sine febre, semper esse negauit.

Pure in pulmone existẽte, aut medium eorũ occupãte, tam propinquũ. f. cordi locũ: vt ex eo pure, cũ præter naturali adhuc ibi remisso calore febrẽ ex eorũ i cor trãslatione participatiõeq. nõ accendi impossibile est.

Nec a bile pulmonia: nec ab ista ardens oritur febris. 9. Canon.



Ondum hactenus præuisa est ratio, qua ducti Bacchãellus & Aponensis genuinam Galeni sententiam, de natura inflãmationis pulmo

monis conſcriptam, & à Meſueo in ſuũ vſum translatam taxare, & tamquam ab omni vera doctrina alienam reiicere autument, ſic enim ille inquit. A pituitoſo ſanguine, vera fit peripneumonia, & eſt minus periculo obnoxia. Quæ docta ſenten. ex Gal. emolumentis diducta eſt ſic enim ille, id ipſum ſequẽtibus docet verbis.

4. de cau pul. lib. cap. 12. Quia laxum inquit, & molle viſcus pulmo eſt, & vndique vacuum à pituitoſiore, atque craſſiore ſanguine inflammatur, quum ſubtilis, bilioſusque fluat fere, nec cum viſcere vlla ratione cohæreſcere valeat.

Referunt igitur hi qui aſſertæ ſententiæ obuiare cernuntur, à ſolo & impermixto ſanguine ſiue nullam craſſi ſucci naturam declinante affectũ ipſum exoriri. Nullam vt dixi aliam ſuæ opinionis demonſtrationem exhibentes: niſi quidẽ ſic á ſanguine phlegmonem, vti à bile eryſipelam, à pituita ædema, à melancholia ſcirrhoſum tumorẽ adnaſci ſolere deſcribentes. Quæ quam parum valida exiſtat demonſtratio, ſatis aperte conſtat. Quum nimirum numquam impermixtus, ſiue merus detur in corpore ſanguis

guis, ac minus ille sincerus & imper-mixtus existat, qui in partes impetu aut multitudine confluens, tumores, aut alios quos cumq; parit affectus, teste eodem Gal. 2. de differentijs feb. lib. ca. 12. vnde aperte constat eos maxime labi: qui ex solo, & impermixto sanguine, nõ solum inflammationem, sed affectum aliquem fieri proferunt. Sunt vero alij, qui ex vnoquoq. genere sanguinis phlegmonem posse fieri. procatius autumant, cũ Gal. qui. 2. de locis aff. cap. 9. omnem inflammationem ex affluente fieri sanguine dixit. Quibus quoq. addidit, esse similem colore excretionem, superantis inflammati succi colori, qua propter inquit, si biliosus fuerit sanguis, flauũ, aut pallidum erit sputum: si pituitosus, spumans & candidum: si melácholicus, aut nigrum, aut liuidum. Si nihil horum infecerit sanguinem, rubrum.

Quo in loco Galenus, non solum primæ adductæ sententiæ cõtrariam statuit opinionem: quum ibi, pulmonis inflammationem, haud ex subtili & bilioso, fieri posse sanguine, dixerit: nunc vero non ipsam tantum, sed omnem corpori contingentem inflámationem ex quo cũq. posse

* Respice hoc signum in fine paragrafi sequentis qui incipit: vbi inaliquam.

posse ad nasci sanguine,tã bilioso,quam pituitoso,& melãcholico,asseuerat. Verum etiam secundæ allatæ de diff. febr. sententiæ diuersissimam nunc insinuat opinionem.tunc enim omnem affluentem sanguinem alterari, & in alienam mutari naturam prædicebat: nunc quidem ex proprio, ac non infecto sanguine, phlegmonem etiam fieri describit. Quæ nam vero harum veriores existant sentẽtiæ, non ita peruium est asserere: videtur quidem nullam earum sine alterius censura, calumniaq. vindicari, ac posse deffendi.

Id autem omne nequaquàm discemus,nisi naturam phlegmonis,ex eiusdẽ auctoris doctrina describamus:qui 6.epi. sec.4.1. com. ad hunc modum inquit. Meminimus quidem, & omnes inflammationes, & si tumore præter naturam careant,ab Hip. phlegmonas appellari. Sed ipso posteriores, nomẽ phlegmones tumoribus præter naturam attribuunt, quando cum inflammatione, & resistentia,& pulsatorio dolore constiterint.In priori deniq. nomenclatura, ex succis omnibus pręter modum calefactis phlegmonem fieri,ostẽditur; quippe si omnes

præ-

prȩter naturā calfieri humores valent, iti dē eorum quisq. phlegmonem parere poterit. Quod cum verissimum sit, mirandus Hippo. est: dum non quamcumq. inflammationē ex quouis oriri succo protulit: quemadmodum pulmoniam, quā non ex tenui ac bilioso fieri humore portendidit. At produro, renitentiq. tumore assumpta phlegmone, non ex quocumq. humore proficisci videtur: sed ex multo affluenti sanguine, in aliqua particula præter naturam detento: quēadmodum quum ex alijs, sic fluentibus succis, alij, eorum propriam seruātes naturam, pro nascuutur tumores. Quod abunde his verbis docebat Gal. lib. de sanguinis mis. cap. 5.

Atq. nō tātū ex calefactis præter naturá succis, sed absq. humoris affluxu vel vitio, ex solo naturali calore effer uescentē inflāmationē etiā fieri Galen. asseruit 2. ad Glau. 1.

Vbi in aliquam, dempto capite, corporis partem præceps multus sanguinis antequam putrescat ruit, tumorem in ibi præter naturam efficit: ex hoc genere est phlegmone. At inquit postea vbi crassior est, melancholiæq. magis naturam refert qui decubuit sanguis, scirrhosus tumor efficitur, sicut si pituitosior sit fluxio, laxus: sin biliosus, ærysipelas, siue ignis sacer existit. Quibus maifestissimis verbis, ex optimo

Nam ibi nō phlegmonē sed appoplexiā generat, sic cōfertim ac multus fluens.

ac in alienam ſucci naturam nequaquā declinante ſanguine phlegmonē oboriri, retulit, ſimilem, illi quam 2. aff. lo. ca. 9. ſententiam ſcripſit, referens: ex rubro, ac non infecto ſanguine, ipſam fieri: & ſimpliciter rubrum ſputū exinde excreari, proferens. Quod, idem alijs etiam verbis. 7. aphor. 1. com. oſtendere, ac roborare videtur. Phlegmones, inquit in aliquo viſcere conſiſtens calor, ſi ingens fuerit, ad ſeſe trahit, inſtar cucurbitulæ, ex vniuerſo corpore ſanguinem, ita vt perurantur quidem viſcera, extrema autem refrigerentur: vnde quum ex ſanguine fiat, ſimilem, eundemq. ſubſtantia humorem trahere dixit: nimirum ſanguinem. Sed apertius idem inſinuauit autor. lib. 2. ad Glau. ca. 1. ad hunc modum ibi loquens. Sāguine igitur bono, ac mediocrem craſsitudinem obtinēte, ad particulam aliquam aceruatim fluēte, atq. ob multitudinem impacto, vehemēs dolor arripit hominem: ni membrū ſenſum omnino hebetem habuerit, tendique ac frangi, & conburi videtur. Quę affectio, generis nomen accipiens, inflammatio nominatur. Tum paulo poſt inquit: inflammatio etiam exiſtit, quando ad immode

moderatam humorũ repletionem venæ perueniunt. Hactenus ille.

His vero omnibus tria vehementer refragãtur, primũ quidẽ, nullũ dari in corpore sincerum ac optimum sanguinem, prȩcipue ex vna in alteram partem, præter naturam multum, ac concitate affluxum amplectitur quidem cuiusq; partis natura sibi peruenientẽ humorẽ, quia & quãtitate & qualitate debitã, ipsiq. vtilem essentiam continere discernat: & tamquàm si oculos ipsa haberet, id recte prospiciat. Inde fit, vt ex solo optimo sanguine pars alimentum accipiat: quod in eo præcipue, in natum calidum contineatur. Reliquos vero succos expultrix partis facultas reiicit. Quod prȩter hoc quod alere nequeunt, simul quoque ipsam, vel quantitate, vel qualitate offendere possint: inter quos si multus & aceruatim in partes confluat sanguis, describi, admunerariq; valet. Alterum quidem est, ita per phlegmonem particulã frangi, conburi, ac vehementer dolore affici asserere, vt nequaquam creditu dignum censeatur, causam similis affectionis, neq. alteratum, neq. infectum, neq. in alterius succi naturam declinan-

tem

tem ſanguinem eſſe valere. Vltimum vero, quod à Galeno aſſertis maxime aduerſum eſſe conſpicitur: eſt equidem, in flammationibus potiones deſcripſiſſe Hipp. quibus ſanguinis vacuationem Galenus adhibendam inſtituebat. Qui enim fieri valet, vt ex optimo ſanguine inflammatio producatur: & ex Hippocratis cõſilio, pharmacum illi propinet niſi quidem omnino talem, ipſe cauſam fuiſſe negaſſet? Deſcribit enim Hippocrates in inflammationibus ex contuſſione, aut compræhenſione loci, in quo ſanguifluę venæ adſint, id eſt magnæ, multumque ſanguinem continentes, factis melius inquit eſt, vt veratri potionem aut eodem die, aut poſtero exhibeamus, & quamvis non deficiunt, qui ſimilem inflammationem ex multo, ſed non infecto fieri ſanguine referant: id tamen diutius contendentes, maxime aberrabunt: quippe etiam ſi per initium contuſionis, aut comprȩhenſionis, aut ſimilis afficiendi occaſionis, vel non dum inflammatio adſit, vel nondum dignoſci valeat. Quum non adhuc ibi accenſus ſit calor, quando autem ex dolore, & compræhenſione multus ſanguis,

Lib.2.de fiac. 24.& 27.ſen.

guis,ac cum ipso multus attractus,additusque affectæ particulæ calor constiterit, inflammationem iam pariens: is quidem sanguis non multitudine tantum, sed prauitate quoque inflammatam particulam lædet: neque alia de causa, talibus inflammationibus liuidus peruenit calor, nisi ex nimis aucto adustoque ipsius sanguinis calore: nauseationes pariter ipsis contingunt, tum ex propia imbecillitate,quàm ex inflammatione cõtraxerunt,tum ex ipsius sanguinis copia, & prauitate, quem in huiusmodi affectionibus corrumpi, manifestum est, in eodem com. Galeno proferente. Si igitur potionem ex purgantem his Hipp. exhibet,apertissime tali auxilio docet, nequaquàm in talibus affectionibus illæsum, ac in corruptum sanguinem contineri,sic enim & tenui victus ratione, & sanguinis euacuatione potius,quàm medicamenti exhibitione, eas curaturus fuisset: vt fecit lib. de articulis, cum contussiones costis accidentes curabat, venam cubiti secandam docens. Sed pro adaucto præter naturam calore, biliosum redditum esse: ac tum propter hoc; tum vt 24.Com. 2. de fractu.lib. 31.Com.2.de fractu.lib.

à su-

à ſuperfluis ſuccis corpus liberaret: tũ deniq. vt ab affecta particula ipſos diuerteret, medicamentum aluum ſoluens dediſſe credimus, ac nunquàm tandem ex optimo ſanguine ſimilem fieri affectionem, aſſeruit.

Priori itaq. dubitationi, in qua, ex quocumq. humore phlegmonẽ fieri ex Galeno dicebamus, bifariam reſpondemus. Primum quidem, duplicem eſſe inflammationem, aliam ſic proprie aſſumptam quã ex ſolo ſanguine fieri dicimus, quod de inceps aptius enodabimus, aliam cõmuni latiori, vt ſic referam, nomine appellari: ſub qua omnes ſuccorum inflammationes continentur. Tum pariter id aptius enodantes, ex omnibus ſuccis ſic inflammationem, ſiue vt perfectius loquar, inflammatorium affectum, ad naſci referemus, vt non ex ſyncero quouis humore, ſed ſemper ex ſanguine ipſam fieri dicamus: quum equidem vel bilioſſus, vel pituitoſus, vel melancholicus ſemper exiſtẽs, nimis calefactus ſanguis is, inflammationem parit, nunc quidem à ſanguine, nũc ab alio ſibi permixto humore nomenclaturam, exuperantis ſucci quantitatis ratione, mutans. Si enim

ſan-

ſanguis bilem quantitate ſuperet, phleg monem eryſipelato dem, ipſam affectio- nem cum Gal. nominantes: & ſi è diuerſo, eryſipelam phlegmonodem. 2. lib. ad Glau

At vero ſic ex optimo, ac mediocrem conſiſtentiam obtinente inflammationem poſſe fieri, atq. ſyncerum in corpore dari ſanguinem conſtanter negamus: neque enim optimus præter naturam in loca defluit: neque ſi multus in aliqua particula contentus, inflammationi deſtinatur, immodico ac pręter naturali calore caret, qui inſitam ipſi innatamq. humiditatem ſemper abſumens, mediocrem eius conſiſtentiam demit: ac non bonus is ſanguis exiſtit, cuius innatus calor igneam facultatem vſurpat: in alienamque mutatur naturam. Quum igitur ex optimo ſanguine phlegmonem fieri Galen. aſſeruit, non intelligas inflammatum iam ſanguinem vitio carere: quippe hoc eſſet abſurdum, & ab omni phyſica ratione valde alienum dicere. Sed quaſi ſic diceret, optimus ſanguis dum multus ſit, inflammationem parere poteſt, qui licet ante phlegmonis generationem talis exiſtat, quum tamen iam phlegmone fit, alterationem patitur, ac

corrumpitur. Sed qui non ſtatim per initia inflammationis manifeſte alterari (vti in reliquis, ex vitioſo ante generationem iam exiſtente ſanguine, factis inflammationibus fieri aſſolet) conſpicitur: quemadmodum per rubrum tunc excreatum ſputum facile coniicimus: ideo optimum adhuc, ſimilem ſanguinem appellamus: nondum quidem ſenſu eius corruptelam, in ſputo perſpicientes, ac propterea crudum ipſum eſſe dicimus, quia nondum per caloris augmentum manifeſte alteratum, naturalem adhuc ſeruet colorem. Multa demum Galenus ac cæteri medici, vt ſenſuales artifices diiudicarunt quæ phyſicæ ſpeculationi non parum contraria eſſe cernuntur.

Rubrum igitur, ac non infectum, per internam inflammationem ſputum reiicitur: hoc eſt, non manifeſtam alterius ſucci mixtionem repręſentat, & ſi id nequaquàm fieri valere, ratione conſequatur. Eodem pari modo, verum phlegmonem ſenſu diiudicantes, optimum ſanguinem eius cauſam eſſe, perferimus, nondum eius alterationis euidens

dens

dens signum habentes. Nam & antequã inflammetur, & statim per initium inflammationis, nondum colore immutatus sanguis ipse percipitur, licet essentia iam alterius existat.

Ex quocumque ergo sanguine siue bilioso, siue melaucholico, siue pituitoso, inflammatio, siue vt aptius referam inflammatorius affectus, generatur. At ex optimo etiam sanguine, id est parum alijs succis admixto, vel non ad sensum, vera ad nascitur inflammatio, nondum per initia,, vllius alterationis sanguinis signum exhibens. Neque aliter Galeni textum à calumnia, manifestoque errore liberare queunt.

Gale. de in equa int. ca. 5. ra ipsa phlegmone laborans particula. s. prope vel lóge sita est a multi sanguinis visceribus: totusq. sanguis vel biliosus est. l. melancholicus vel pituitosus. l. spirituosus: atq. hæc omnia magis minus q;, quare necesse est multiformes fieri alteratiões siue alterum alteri, siue idem sibi sit collatum.

Quibus ad hunc modum perspectis, inuistigemus nunc oportet, quæ nam fuerit causa, propter quam, pulmonis inflammationem nequaquam abile fieri, cum Galeno referamus. Nam etiam si pulmo, laxæ, mollisque substantię existat: ac propter ea, aptius cum ipso crassus, viscidusque cohærescere succus valeat: pro inde tamen inforaminosą, ac cauernosa

Nõ æquæ autem mẽbranæ ac pulmo sunt natura aptę hu

substantia non minus atque in a spongia aqua, tenuis biliosusq. contineri humor potest. Verum quia ob viscidam consistentiam pituitosos amplius locus ipse, recipiat humores, quàm maxime suæ substantiæ similes, ideo præmultitudine addito calore, sæpissimæ phlegmonem ædematodem patitur: non nunquàm vero erysipelatodem, cum magis biliosum, quam pituitosum accensum sanguinem pulmo receperit. Propter hoc igitur, pulmoniam non a bile, sed a pituitoso fieri sanguine diximus, tum igitur ob loci naturam: tum etiam, quia verior inflammatio potius ex eo, quam ex sanguine bilioso adnasci videtur: nam si perfectã phlegmonem ex optimo sanguine fieri dicebamus: & pituita magis quàm cęteri succi, ad naturam sanguinis accedit, imo crudus dicitur sanguis, siue nõdum coctus, ex inde merito verã pulmonis inflammationẽ, sicut & cæterarũ partium (si non ex syncero sanguine, qui nunquàm datur vt diximus, fieri valet) saltem ex sanguine pituitoso adnasci semper dicemus. At inflammationem erysipellatodem, siue erysipelatis participem, ex sanguine nimirum bilioso, cõ

gigni

mores susci. pẽ: desa siqui dẽ est mẽbranarũ substantia, pulmo verò laxus admodum & rarus: quare huic qudem prõptum est, pituitosasom nes suscipere humores: mẽbranæ aũt succingẽti, plus biliosos Gal. 6. aph. 33. co.

gigni in pulmone haud negauit Gale. immo id portēdidit. 4. aff. loc. si intolle rabile dicens fuerit incendium, angustię grauitatisq. sensus minor, erysipelam ipsum pulmonem vexare, censendum est, tum quoque ab Hippocra. scriptum reperimus, non solum phlegmonem, sed erysipelatem pulmonis etiam existere morbum: quos per signa admodum di uersa, diuersis distinxit capitibus, vt lib. de affectioni. sen. 8. 2. lib. de morb. 60. sen. & 3. de morb. 16. sent. de erysipelate au tem pulmonis. 1. de morb. 26. sent. qui bus in locis, abunde particulares ho rum in pulmone consistentium morbo rũ descriptiones statuit: quas tu per otiũ perleges.

Dicebamus cum Hipp. neq; à pulmo nia, causum fieri: causus quidem magnũ corporis incendium, ex adusta intra ve nas bile genitum cũ sit, nequaquã à pul monia, hoc est, ab inflammatione opti mi sanguinis proficisci posse, ac si de pul monia solum loquentes, sic à bile fieri ne gemus, sic cut biliosum admodum morbũ qualem ardentem febrem, non post ve ram inflammationem subsequi posse, profitemur, tamquam certissimum exẽ

 plum

plum ad nostram roborandam sententiam ipsum adferemus, ac vnico tandem verbo id perficimus, referentes: sic pulmoniam, non à bile fieri, nisi erysipelatis particeps ipsa facta sit inflammatio: quémadmodum ardentem morbum, nequaquàm post pulmoniam subsequi, nisi ex adustione sanguis, qui inflammationem propriam efficiebat, in tenuem ac maxime biliosam naturam immutatus, venas ingrediatur.

10. Canon. In pulmone præter naturam acerbata pituita, non raro in verum conuertitur pus: quod semper febricula comitatur.



T si, plerisque in locis Hipp. similem descripserit affectionem: variasque suppurationis, in pectore contingentis, tradiderit caussas: libro tamen præcipue de morbis, primo edocuit: dum suppuratos interim fieri asseruit

ruit, cum pituita de capite copiosa, & à ceruatim in superiorē fluxerit ventrem, putrescit, & in pus vertitur. Anceps tamen, frigida pituitę qualitas, quæ non sine difficultate amittitur, facessit asser tum. Quippe si ad puris generationem non tantum rei congenitum seruari calorē oportet, sed aliena etiam caliditate particeps ipsa existat res, conuenit: non obscure exinde percipiemus, vel maxime a putredine alienam existere pituitam, similem transmutationem frigus ipsius omnino prohibens: vel si propriam amiserit frigiditatem, recuperato calore, ipsam concoqui, & forsan in sanguinem prius mutari, deinceps vero suppurationi subiici: dixi quidem in sanguinem, propter duo, quoniam crudus, vel non exacte coctus quum sit ipse pituitosus humor, addito sibi natiuo vincente calore, talis enim supparationis futurus est. calor, ab eo elaborátur, & cruditatem à mittens, in sanguinem verti, quam maxime est facillimum; ac si dixerim proprium, non aberrabo, tum quoque id asserui, quoniam nullus, vti sanguis, humor facile in pus mutatur quoniá

At alteratio media, quæ suppurationes comitatur ab ingenito quidē fit calore sed nō plane vincēte neq enim ex materia per agitur quæ prorsus benigna sit neq. tamē ex omnino aliena 5. sim. cap. v

Cuius oppinionis autor est Vallesius in quodam com. xvj. capitis lib. prognos. Hipp.

seruans propriam humiditatem, parum amplius quã suę naturæ cõuenit, auctus ab alieno calore ipsius calor, ipsam materiam vincit, & corrumpit. Ex quibus aperte liquet, vel ob insitã frigiditatem haud suppurari pituitã posse: vel media alia alteratione in pus conuerti. Atque sub hoc genere, alterius factæ prius alterationis, diuersæ affectiones constituuntur: vt pulmonis inflammatio, angina, pleuritis, & pulmonis tuberculus.

Obiectio.

Alij vero id aliter enodantes, referũt similium pectoris partium pituitam, in pus posse conuerti, absque altera ipsius pręcedente alteratione, nunquàm tamen perfectum tale fieri pus, dicentes propter confluxum humorum à capite dimanantium, aut ex reliquis corporis partibus ad pectoris partes humorem profluentem, veram ac integram insiti in parte affecta humoris suppurationem impedire. Id aptius ratione roborantes, aut carnem contussam, aut humorem phlegmonem efficientem, tantum puris materiam esse proferunt, Galeni testimonio ducto, ex quinto de simplicibus libro & primo. dediff.

febri

febri.opere. Erit igitur ex pituita pus cõfectum, non verum pus, sed puri simile.

Quibus adhuuc modum traditis eos maxime à veritate alienos existere dicimus: qui non verum pus, sed puri simile ex pituita fieri autumant: quippe non tãtum exacte pus illud est: sed si in carbones ipsum iniicias, quã maxime graueolens ipsum reperies. Etiam si nullius internæ inflammationis, aut tuberculi, sed solius destillationis signum præcesserit. Quod si ex pituita non pus, sed puri simile excreari, Galeni auctoritate fretus, ad huc contendas: qui. 7. aphorismorũ. 30. com. ad hunc modum ipse loquitur: in expositione illius sententiæ quibus in alui profluuiis excrementa spuma sunt, his ex capite pituita defluit. Oportebat inquit, in his alui excrementa esse spumosa verum hi, neque spumosa per aluum excernunt, neque cum tussi expuunt: & tamẽ sæpius manifeste asperæ pulmonis arteriæ, sunt eo qui à capite fluxit, humore conpletæ, qui concoctus puri quidem est similis, spumosus autem nequaquam. Simili vero Gale. sent. sic respondemus, eius humoris qui à capite in pulmonem confluit pars quedam fluit, alia Solutio.

alia vero fluxa est, alia nō solum fluxa sed diu ibi præter naturam contenta. Prior quidem pars adhuc naturam loci, à quo dimanat, seruans tum ob motum, tum ob flatus admixtionem frigida, ac spumosa apparet. Altera vero pars naturam, ob loci mutationem varians, neque frigida iam, neque spumosa existit, sed potius à pectoris calore concocta, puris naturam repræsentat: etiā si verum pus haudquaquam existat: tum quia nondum extraneam caliditatem calidum partis cōtinuerit: tum pariter, quoniam non adhuc tota confluxa est pituita, vt ipsam integre vincere calor possit; sed à confluente impeditus vt valet, concoquit ipsam suppuratque. Etenim frigida ac spumosa confluentis pituitæ substantia, exactam suppurandi caloris in confluxa materia, facultatem impediens, puri similem fluxam apparere materiam efficit. Igitur siue ob frigidam ipsius qualitatem, eam mutationem fieri prohibentem, siue quia fluens pars confluxæ & coctæ sit admixta exactum totum videri pus est impossibile. Sed quædam pars pus, alia nondum pus existit: vel ita adeo altera alteri sit permixta, vt sepa-

separari nequeat, tota materia puri simi-lis, ob admixtionem, aparebit. Quæ vero pituita non solum confluxa, sed in pulmone, eiusque arteriis diu detenta sit, si quãdo ab eiusdem loci calore vincatur, ac concoquatur, suppurabitur quidem ab ipso, nonnulla aliena caliditate participe. Aliter quidem nõ in pus, sed in nutrimentum potius ipsa conuerteretur. Demum quoque in verum pus, vtraque confluxa pituita vertetur, si respirandi organa, quo minus libere suo fungantur munere impediat. Tũc enim febricula quedã interna depascens loca, exoritur: quæ & pus ipsum generat, & carnẽ colliquat. Vnde ex his cunctis euidenter percipitur, si non totam in pulmone præter naturam, cõtentam pituitam saltim plurimam eius partem in pus posse conuerti. Atq. si per initiũ suppurationis manifestæ fiũt febres teste Hip. dũ dicit, cum pus cõficitur, dolores ac febres maiores esse, numquã tamen in reliquis suppuratiõis tẽporibus, febris sic affectos dimittit: nũc quidẽ minima putrida semp vero illa, quæ solida oblædẽs corpora, pri⁹ corpus exactissime attenuat, quã ab aliquo dignoscatur. Et quoniam hos sup

Vt ex ipsius foetore abũdedignoscitur.

Quippe augetur ĩ ĩstrumẽtis respiratiõis calor ob cohibitã respirationẽ: spirit9q. sub thorace violẽter oppressus ĩ oẽs arctos meatus penetrat Gal. 2. lib. de symp. cau. 4.

Oés suppuratos pulsus habere hecticos dixit 4. de causis pul. & Ii. ad Tyron.

suppuratos sæpissime vtraque simul febris offendere solet, prudenter ideo Aetius, absque febre non nullos suppuratos fieri retulit, hoc est absque putrida siue manifesta febre eos existere docuit: non quidem sine habituali vel hectica esse posse, sic prius asseruit, in desinenter omnes hos hectica febre laborare.

Qui suppurati fiũt maxime ex pleuritide & peripneumonia, eos calores comitãtur iter diu tenues noctu vehemétiores: & nihil memoratu dignũ expuũt & circa collũ ac clauiculã sũdãt & oculi caui fiunt maxillæ vero rubræ fiuut digiti sũmi ĩteri9 calescũt ac asperantur Hipp. lib. de coa. præno.

Sed ex pituita in pulmone detẽta pus generari, & febrem semper exinde subsequi, perspicue insinuauit Hippocrates lib. de morb. 1. sen. 19. fit inquit & suppuratus si pituita, è capite ad pulmoné destillet: & primum quidem vt plurimum latenter defluit, tussimque tenuem exhibet, & sputum paulo amarius solito, & tenuis aliquãdo adest calor, idest nõ apparens. Et paulo inferius dum dixit, pus crassum ab accessoria, & intus putrescẽte pituita. Itaque & calor præter naturalis intus adest, & sufficiens est febres parere: nunc quidem manifestas, dum magnus existit: dum vero tenuis, ac paucus solum internas præocupans partes, paulatim absumit, tabefacitque. Proinde vero dixit incipiẽte hoc morbo, caput corrumpi incipit: & reliquum colliquari corpus. In verbo illo crasso pure, denotauit

uit pus ex pituita genitum esse, sed pitui tæ densæ admixtum quum sit (non est enim tota pituita adhuc in pus conuersa ob continuum fluxum alterius) nondũ totum, pus factum esse conspici.

Eruptiones cruentæ, vitalis cauitatis loca attingentes, meritoq; perhorrẽdæ. Quarum nõnullis, capiti, tapsia adhibita valet: nonnullis vero ita affectis, hepati cucurbitula infixa mirifice confert. II. Canon.


E sanguinis per os reiectione, plurima ab Hippo. diuino auctore scripta reperimus: quæ difficilem ancipitemque omnem curandi methodum reddunt. Quorum enodationem nunc exhibere cupiens, nonnullas prius eiusdem auctoris sententias, quas ad præsentis disputationis maiorem dignotionem, plurimum conferre arbitramur explicabo, addhibita ipsis quæstione.

ne. Vtrum omnes sanguinis excretiones ex superioribus corporis partibus subsecutæ malæ existant? Cui difficultati respondere videtur Hip. 4. aphoris. 25. sen. ad hunc modum referens.

Sanguis quidem supra qualiscumque fuerit malus: infra autē bonum est nigra ꝺiici. Vbi quidē omnē sanguinis emptionē per superiora loca elaboratam, malā esse portendit: per inferiora optimam. Cui sententię admodum altera. 5. apho. refragari videtur: dū menstruis deficientibus sanguinē ex naribus efundi, bonū esse retulit. Hanc siquidem euacuationem cruentam inter superiores, nunc excipiens: etiā si illic omnes has malas appellauerit. In vtroq. cōmentario censuram vitare cupiens Gal. inquit. Quādo ipse dicit supra solam, quæ fit per os excretionem intelligemus, illa, quæ fit per nares omissa. Sola inquit in alio, quæ fit per nares euacuatio, innoxia est. Quibus omnibus non parum aduersa se se offert ratio: sæpe quidem sanguis è naribus excretus, ita perniciosus existit, vt præter hoc quod affectum non soluit, ipsum additis nouis pathematis, multo quam ante grauiorem reddit. Quemadmodum

fieri

fieri assolet. cum in frigidis morbis contingat: aut his qui frigida cerebri intemperie, natura, affecti sunt: aut in calidis etiam morbis inferiorum partium corporis, non indebita quantitate profusus: & in his deniq mulieribus proueniẽs, quibus mẽstruus sanguis retentus est, multo quam aliis, iam relatis occasionibus periculosior existit. Quum enim qualitate, & modo substẽtiæ, altera nequaquã alteri similis adsit euacuatio: nimirum crassior, adustiorque menstruus sanguis eo qui per nares educitur, ab omnibus his euacuatur: nisi per aliquem vteri hæpatis, aut renum affectum, similẽ immutauerit consistentiam. At vero si retẽtis menstruis, hoc est prohibita crassi, feculenti, ac demum inutilis sanguinis, quã maxime vniuerso corpori commoda, expurgatione, sæua mulieribus symptomata subsequi, in dies qui medicinã excercẽt experiũtur. Quibusdã enim insaniæ epilepsię, vteri suffocationes, prauus totius corporis calor, ac tumor, tabes, respirandique eximia difficultas, aliisque multo grauiora accidũt mala. Si eo dẽ tempore, atq. noxius id detinetur sanguis, alter per nares euacuetur, qui cum

ab

ab eo longe distet: neque substátia, neq. proprietate, similis illi quotidie excerni conspiciatur: non solum subsecuta ex detento menstruo sanguine, accidentia non mitigabit, haud nimirũ causam ipsorum demens: verum etiam quum naturæ quam simillimus, ac vtilis ipse sit euacuatus dum fuerit, ipsa symptomata facta numero & mordacitate augebit: capiti nutritionem detrahens, frigidam qualitatem vel intemperiem, ipsi addés: & veluti diuersione, vel consecutione vacui, ad ipsius venulas crassum, & fœculentum in inferioribus locis obtentũ sanguinem adducens. Qui huiusmodi substantiæ existens, nec per arctas adeo vias fluere valés, cõuulsiões apoplexiá, similesque facilius quam antea pariet affectus. Ex quibus abunde percipitur, detentis menstruis nequaquam vtilem esse sanguinis è naribus euacuationem: quin potius tum maxime noxiam dici debere. Quemadmodum cum in ardentibus febribus aut non copiose flués ex naribus sanguis, vt copiam eius immensam intus contineri, euidenter insinuet: aut si ita large fluat, vt possit funditus vires cõminuere: aut etiam si non in de-creto

Sãguis p nares effluxus raro aut nũquã malus existit sed sẽper ruber cõsistentia medio aut paulũ tenuis ac oĩo vtilis. de gẽte sanitate eiicitur

Sanguinis e naribus fluores liberãt plerũq. 2 epi sec. 1. 29. sen. Quarta die facti e naribo sanguinis fluores difficile indicãt 7. epid. sec. 3. 24. senten.

cretorio die fluor is contingat, morbi vehementiam, quam naturæ debitũ impulsum potius denotans. Quibus sanguinis è naribus fluores vtiles adsint, & quãdo alibi diximus cum de oculorũ affectuũ præsagiis loquebamur. Nunc igitur his præmissis, concludamus omnem sanguinis fluorem ex superioribus locis factũ, malum portendere signum, proferentes.

Quod si omnis is fluor malus existit: is tamen, qui per os fieri conficitur, omnium pessim⁹ cẽsetur: vt qui grauia semper homini mala afferre consuescat. Sed nunc quidem sanguinis expuitionem, cuiusque prognosticũ haud exponimus cum similis euacuatio modica, congesta & pituitę sit admixta: sed de sanguinis per os fluore, quando sub quãtitate multa, rutilansq. eiicitur sanguis differimus. Quum igitur ex pectoris aliqua particula is fluitat sanguis, & præ multitudine loca ipsa innaniens repente hominem iugulat: aut extra vasatur suppuratur, & pulmonem suppurat;, & tabem minatur ac tandem ægrotantem interficit. Vel aliter, respirandi instrumenta, quo minus suo fungantur officio prohibens, suffocationis

Cuius anastomosis causæ multæ existũt vt venarũ ruptura, apertio corrosio, carne circa costas detrita aliquomodo multi sãguinẽ expuerũt ĩ nihilo violato pulmone referẽte Gal. lib. đ articulis.

tionis periculum exhibet. Vnde quã maximo periculo talis sit obnoxius fluor, facile constat: inter pectoris sanguinis reiectiões, quæ periculosior siue peior existat, nondum satis perspicue ex antiquis recentioribusq. auctoribus id percipitur Pro diuersa quidẽ mali causa nunc vnã, nunc aliam, ex his, reiectionem grauiorem nuncupantes, plurimi eorum Galeni opinionem imitantes, è pulmone factã similem reiectionem, aliis periculosiorẽ nominant. Sic enim, in com. illius senten. Hip. à sanguinis sputo, puris sputum malum: inquit.

Neque enim sputum sanguinis sequẽs habet sputum purulentum, sed quod malignum existit, solum tale autem est omnino ex pulmone.

Huius autem rei causam manifestissimã Aurelianus statuit. lib. 2. ca. 12. Quoniã inter omnes sanguinis ex ore reiectiones, nunc quidem à capite, nunc stomacho, nũc vẽtre profluẽtes, è pulmone factã, ob iuge respirationis officium, magis difficilis curationis existere ꝓtulit. At licet hoc ita sit, difficilẽ tamen sensum affectus causæ ex diuersis corporis locis, ortæ reddũt. Si enim à capite ipsa đsumpta

fue

fuerit eruptiõis occasio, difficilẽ obtinet curationẽ. Quoniã si semel caput omniũ fere malorũ radix, imbecillum sic redditũ fuerit, ac acrẽ mordacẽq. pectoris trãsmittere destillationẽ non solũ inceperit sed vsu iã pectoris venas corrodens, sanguinis ex his reiectionẽ subsequi fecerit. Sic igitur ipsum oblęsum caput, difficillimã talis effussionis medellam reddit. Quia & ipsum quoq. pectus ad recipiendã fluxionẽ paratissimum, nõ facile ipsi delata remedia cõplectitur. Quod enim semel medicamentum elaborauit, perficitque nouas destillationes confluxus non solum delet, sed amplius corrodẽs, grauiorem ipsum affectum reddit.

Verũ si à iecore inter inferiores particulas principe, sanguis ad pectus ascenderit, rursusque per os effundatur, longe tunc periculosioris erit affectus, quã cũ è capite originem trahit. Etenimquo maior est ac vehemẽtior, quæ ex lõginquo humorem ducit causa, eũ præcipue sursum transmittens, quàm quæ ex propinquo & deorsum ipsum conmittit: tanto quidẽ vrgentior is erit affectus, qui ex vehementi, ac forti illa exortus fuerit causa, quã is qui ex debili, vel minus valida

Periculosior si ex hepate desumpta sit occasio.

occaſione oritur. Itaq. pariter, ex hepate deſumpta reiectionis ſanguinis cauſa multo maior, ea quæ ex capite deſumitur extat: vnde & affectus ille maior erit. Ita vt ſi non ad pectus, ſed ad ſtomachum regurgitet, & per os vomitu ſanguis is ex hepate promotus eiiciatur, periculoſior multo cenſeatur ea, quæ ex pulmone ſæpe fit eruptiōe. Quæ inſinuare videtur Hip. quum lib. de coa. præn. ad hunc modum ipſe loquitur.

Hip. ſent. id cōfirmans.

Qui ſanguinem ſpumoſum expuunt, præcordium dextrum dolentes, de hepate expuunt: & multi pereunt. Sed paulo inferius eadē verba deſcribēs, omnes ſic affectos perire retulit: ex quibus Hip. digniſſimis verbis, quā ſæuus affectus is ſit dū ab hepate originē cepit abunde percipitur. Inter omnes itaque ſanguinis eruptiones, hepatica per inferiora loca exitioſa eſt: & per ſuperiora valde quoq, lethalis, quā citiſſime interimens. Nam ſicut pulmone ſuppuratis, per aluū pus ſecedere lethale eſt: quoniam & magnum morbū, & imbecilles partes eſſe, demonſtrat: quas omnes puris abundantia trāſfundit corrumpitq. ad eundem pari modū ſanguis ex hepate ad ſuperiores præter

ter naturam delatus particulas, postea vero per os eruptus, vim morbi, eiusque causæ potentiam, partiumque insignem eneruationem insinuat. siue imbecillitatem.

Quum igitur Gal. inter cruentas pectoris excreationes, è pulmone obortam pessimam nominat: non quidem alio de nomine nisi ob facilē, ex ea in pus transmutationem. Proinde tamē aliis ipsam exitiosam magis haud cōstituit: quibus & aliæ validiores insunt causæ vrgētiorē exinde oriturum affectum enodantes: quas superius recēsuimus. Vel facta potius collatione periculi sanguinis è pulme dimanantis, ad sanguinis ex thorace reiecti periculū, idest inter easdē pectoris partes: nō autē ad similis eruptionis causas, merito è pulmone subsecuta siue à capite, siue à pulmone originē duxerit maiorē denotat noxam atq. periculum. 5. meth. & .4 de loc. aff. Sic. Gal. controuersia diluitur: & propositus defenditur canon vbi è pectore reiectionē sāguinis, phorrēdā esse dicebam⁹.

Sed cum inter exponendum à nobis relatum sit, vehementem oriri affectum ex causa, quæ ex lōginquo ducat humorem: videtur id dictis Hip. obuiare, qui 7. aphoris. 37. senten. sanguinis vomitum

ſine febre factum, ſalutarem appelllauit: hoc eſt curari poſſe interpretatur Gale. ex quibus videntur tum Hip. tum Gal. indicare nec periculoſam, nec difficilē curationē ſimilem habere euacuationē, etiam ſi vomitus ex inferioribus locis vacuationem denotet. Sed vomitus vel ex ſanguine à capite per aſperam arteriam in ſtomachum, vel ex hepate & inferioribus ad ipſum locis delatus, numquam ſine febre exiſtit, & tunc difficilē obtinet curationem, & exitioſius exiſtit vel vomitus eius ſanguinis eſt, qui ex gullæ partibus excreatus, nō nihil ipſius in ſtomachum concidens, non febrem, ſed humorem aliquem ibi contentum, commouet: qui ſimul cum ſanguine agitatus vomitu eiicitur: & ita ſalutaris cō nominatur: vt pote nec inferioribus locis productus, & ne morbus aliquis in his generetur partibus, prohibens.

2. partis canonis expoſitio.

Duo autē eruptionis per os ſanguinis præcipua auxilia deſcripſimus: quorum adhibendorum methodus qualis futura ſit non ſatis perſpicue, immo maxime controuerſe ex antiquis ac recentioribus medicis percipi valet. Sed ante quā de his enarremus, opere pretium viſum

eſt

est de sanguinis missione: vniuersaliori, atq. primo cuiusq magni morbi remedio, si quę in hoc affectu de ipso dissensio inter auctores existit, prius quam breuissime describamus. Mirandus igitur Paulus Agineta venit, qui lib. 2. cap. 31. sic refert. Quibus destillatio cruentum sputum concitauit, venæ protinus debét inscindi, nisi vehementer acris humor destillauerit: at si paulo inferius, sic etiam id confirmat, acris admodum fuerit destillatio, sanguinis detractio caueri debet. In qua sententia quantum á reliquorum sententiis distet, manifeste conspicitur. Omnes quidem, in simili morbi occasione sanguinem detrahendum esse, præcipiunt: non quidem vacuandi muneris gratia, sed potius contemperandi, ac in aliena loca humorem ducendi causa bis, ac ter, & sæpius adhuc sanguinem mittunt: efficacissimam, hac ratione, diuersionem efficientes: eam Galeni senten. secuti qui lib. de curand. ratio. per venæ sectionem, ad hunc modum inquit. Quanto maiorem in numerum particulares auxeris detractiones, tanto reuulsionem efficatiorem effeceris. Igitur admoderandam

febrem, aut minuendam vitiosam materia in attemperandum sanguinem, adhibendam vlcerationem, ac tandem præcipue, ad diuertendam acrem eam destillationem, non autem euacuandam, sæpe & parum in his sanguinem mitti expedit. Itaque nisi de sanguinis vacuatione ipse sit loquutus maxime labitur. Vt eo igitur vnde oratio nostra initium cepit reuertamur: tapsiam synapim, stercusque palumbium, ad emplastri formam redacta, statim huius affectionis initio, capiti imponebat Galenus. Quod Alexander Trallianus accerrime impugnans asseruit. Multis nominibus, in simili morbo nequaquam acria esse adhibēda remedia: caput enim talia calidius, ac intemperatius reddunt, fluxiliorem exinde acrem efficiunt humorem ac magis mordacem erodentemque. Alij vero Alexandrum reprehendunt, autumantes, acrem destillationem à capite dimanantem per initia, calidissimis his siccissimisque medicamentis, ipsum recte curasse Galenum: propter has quæ nunc recensentur causas: vt nimirum superflua illa humiditas, quam maxime fluxioni destinata, licet acris ea sit, adhibitis his

me

medellis, tum foras extrahatur, tum quoque absumatur, resolutioniq. paretur, & vehementi exsicādi, eorum facultate fluxus, per initium omnino cohibeatur. Sic Galeni opinionem nimis extollunt, euidentissimumq; Tralliani contrarium referentis, lapsum esse contendunt. Verum, qui hæc referunt, eundem Galeni textum perlegant, vbi sibi ipsi, & illis, in hoc ipsum imittantibus, nimis aduersa, Galenum scripsisse, clare, euidenterq; aspicient. Idem igitur author, nō solum in acri destillatione, sed cum refrigeratis respirandi instrumentis sanguinis orta est reiectio, statim, sæpissime, venam inscindebat. Quod si, vbi ex frigida causa morbus is pronatus erat, toties sanguinem mitti iubebat: in acri destillatione, pluries id elaborasse Gale. censendum est: at si in frigida causa, frigido vtebatur, ipse remedio: eodem, ac similem facultatem habenti auxilio vsum fuisse, merito arbitrandum est. Facta ergo assidua sanguinis detractione, cuius munere, multo minor fluxioni destinatus humor efficitur: qui potius qualitate, quam mole tūc offendens, alterantibus, ac proprie refrigerantibus medicamentis potius, quam cali-

Quicunq. euomunt sanguine, si sine febre quidem salutare st. vero cū febre malū curare inquit op astringentibus & profrigerantibus. 37. sē. 7. aph.

calidis & dissoluentibus, vel vt certius loquar, maliciam succi augentibus, eget auxilijs. Quos sic affectos, astringentibus, refrigerantibusq; curandos esse docuit Hippocrates. 7. aphor. 37. senten. At in fine destillationis, deribatio per sinapismum, abraso capite, cum columbino stercore facienda est, vt ex eodem Galeno constat: vt si quis attente citatum ipsius prouiderit locum, id prospiciet. Si enim per initia idem adhibuit auxilium, non laudabit ita se soluisse morbum: quim potius auxisse, dicere potuisset. Commodius satiusque tum est acrem, turgentemque succum, si non frigidis, adminus contemperatis auxilijs, vel ipsum in crassare, vel in motu & qualitate benignum magis efficere: quam propter paruissimam resolutionem, acutiorem, fluxionique paratiorem efficere humorem: additisque, fluxioni, calore, siccitate, ac demum mordacitate: erosio pectoris maior, vehementiorq. sanguinis sequatur eruptio. Tum etiam, vehementer exsiccantibus medicamentis fieri nequit, quum externi capitis obturentur pori, sic vaporum inhibeatur detractio, resolutioq;: ac demum eisdem in

tus accerbatis, nec transpirari valentibus, tum internus calor augetur, tũ propterea mordaces & acres magis ipsi redduntur, & ex consequenti fluxioni para tiores efficientur. Sed hęc omnia, ex ita adhibito per Galenum initio destillatio nis auxilio, sub sequutum quoque alio sub sequuta fuisse pathemata, idem docuit. Exinde quidem obortis vigiliis nouam theriacam, & alia narcotica cogebatur ipse perscribere medicamenta: frigidis auxilijs, pręcedentium adhibitorũ facultatem minuens, ac potius factum errorem emendare cupiens, necessitate coactus, hæc adhibebat. Itaque admodũ confuse hanc curationem tradidit, per varia morbi tempora, idem auxilium describens: non spectata indicatione succi fluentis, an multus, vel paucus, vel frigidus, vel calidus, mordaxque sit. in fine igitur morbi, simile pręstandum est axilium: tunc enim pręter hoc quod non augebit destillationem, pauciori, ac minus qualitate efficaci reddita, ipsam potius delebit, astringendoque prohibebit. Nec minus incommodũ erit his quoq;, tunc, calidissimis temperata

admiſcere medicamenta: quæ aliorum calorem contéperent, vimq. moderétur: vt tum intemperiei, tum fluxioni, eodẽ compoſito medeamur auxilio. Nam in frigida etiam deſtillatione, ita cum metu, illa calida medicamenta pectori admoueat Gal. vt ſi mane ipſa imponeret, veſperi auferret: ne ſupra modum ea calefacerent ex quibus manifeſtiſſimis verbis, ipſémet Gal. ſibi ipſi, quale ex his ſubſequturum damnum aduertebat. Atque per initium morbi, influxioni deſtinato loco, in attroci, turgentiq. humore, multo minus calidiſsima hęc experiri debebat medicamenta, tamquam grauiora tunc accidentia, quam ſi in pectore ex frigida deſtillatione, aut à frigida in temperie, ſic affecto, ipſis adhibitis oritura, certius aduerteret, portenderet, & præcaueret.

Vt roſas ſic casſantdalos corallum & huius gneretis medicamenta.

At ſi bene, quæ de hac re Galenus Aetiusq; conſcripſerunt aduertimus, duo notatu digna ex inde ſumemus: quibus perceptis, nequaquam calida relata medicamenta, in curationis huiuſmodi affectionis initio, capiti adhibere audebimus: niſi alijs ipſa prius temperẽtur auxilijs. Primum quidem, ob in tempeſtiuã

eorum

eorum adhibendi rationem, multa & nihil conducentia auxilia confuse ab his coactis, fuisse exhibita, & accõmodata: veluti aliorum emendantia errores, ac probata ex his accidentia. Alterum vero ac maximum est, vt quamuis in hac curandi methodo, non satis caute, calida per initia remedia ac comodauerit ipse: nõ tamẽ ita multa, atq; finito prorsus catarrho: aut si mauis in reiectionis sanguinis declinatioue, propter. 4. nimirum causas, quia nimirum tunc iam eorum calore, destillatio augeri nequit: quum iam finita, vel fere finita sit. Ad hæc, quoniam paucus quum sit indeclinatione fluxionis humor, protinus ab his superari medicamentis, omninoq; assumi quit tum etiam, vt futuram destillationem sic astringentibus, resoluẽtibus, ac simul roborantibus prohibeat medicamentis. Tum demum plura, eo morbi tempore, hæc adhibebat auxilia, quoniam vel experientia edoctus, tunc vtilia, per initiũ vero nihil perficere videns, ita commodissima esse aptius tunc, quam alio morbi tempore adhibere debebat. Simile igitur remedium & ratione, & experientia non in reiectionis sanguinis initio, sed pror-

Cuius opinionis est Manardus. 17. lib. suarum episto. 4.

prorſus in eiusdeclinatione, capiti impo nēdū eſſe dicemus. Quidquid alij, aduerſum Trallianū, cū Gal male cōtendant.

Cum autem, eruptionis ſanguinis per os factę origo ex hepate, liene, aut ventre ſequuta fuerit: eiſdem locis, quibus affectionis cauſa in eſt, remedia quæ ſimilem fieri fiuxionem audacter prohiberent, adhibenda primum omnes fere medici præcipiunt: vt ſi a liene fluxus obortus ſit, lienis regioni, quam maximam cucurbitulam affigendam, edocentes. Similiter ſi ab hepate, hepati: & ſic de reliquis partibus id faciendum demonſtrāt. Verum, quum per venas, pręcipue, erumpentis huius ſanguinis ductus fere ſemper fiat, ipſæq; omnes ab hepate ex oriantur, non ab errabit is, qui in eiectione ſanguinis ex liene, aut aliis inferioribus locis, hepati cucurbitulam adhibebit: quū per hepatis regionem vitioſus is tranſiturus ſit humor. Veluti inimico obuiam occurrens, exiensq;, pracipue cū efficaciſſimū reddatur auxiliū, viarū fonti, humorisq. ortui ac cōmodatū. At ſi quis aptius cōtendat, lieni cui infixa eſt cauſa, ipſum prædictū remediū, non quidē optimū eſſe negabimus, verū ſi idē vtriq. parti,

ti, simul remediũ accõmodet, multo tũc efficatius ipsum perhibet, ob assertas hactenus causas.

Tabidis non parum conferũt, expurgans medicamẽtũ, tepidũ balneum, & lac variæ pręparatũ. 12. Canon.



VLlus inter veteres medendi authores, tabifico morbo affectis expurgãs tribuit medicamẽtum: factũ quidẽ id, propter cõplurimas causas arbitramur: aut enim tali medicamẽto vomẽdo, aut aluũ soluendo euacuat: & quacũque harum ratione, his periculosum, ac vitæ discrimẽ adducens, extat, vitat quidem in tabidis Hippocra. superiores expurgationes: tum ob partium respirationi deseruientium imbicillitatem, ne cõcitato eo motu rũpantur ipsę, aut ruptæ iam vehementer sic lacerentur, vt insanabile omnino vlcus efficiatur: sin minus sanguinis e pectore eximia sequatur eruptio, aut deniq. maior salsi & acris succi copia, quũ p medicamẽtũ, ad superiores particulas vergat, ad respirandi omnia cõfluat loca, valde timetur. Quod si de or

4. Aphor. 8. sen. tabidos cauentes ad superiora, purgationes

decorsum purgās, existit medicamētum? quid à doctrina Hip. magis alienum censebitur, quam euacuationem in his operari: quibus ob partium extenuationem ac calidi humidiq; innati paucitatem, nihil aliud fluxiones subsequutæ prænūciant, nisi quam citissime capitis futurum discrimen, extremam partium tum siccitatem, tum imbecillitatem indicantes, teste Gal. 7. aphor. 16. com. Cuius de nomine, præstantissimi hi, ac maxime cauti medicinæ totius inuctores, nequaquam tabidis expurgantis medicamenti vllum genus exhibere audebant: tot immensa pericula vitare cupientes, sed prius illa propinabant medicaméta, quæ facillime, humores in pectoris locis cōtentos sursum ducere, ac sputo expellere facerent: cum ob sputi detentionem, quā breuissime patiātur interitum, tū quoq; per cibos optimi, ac facilis coctionis, distributionisq;. succi, ipsos curare solebāt sic igitur, ab antiquis tabidi curabantur. Attamen si bene memini, solus Hippo. lib. de locis in homine, sic tabem curandam præcipit. Qui tabe affectus est, ei purgandum est caput debili medicamento, donec fluxus auertatur: ac paulo inferius

A puris sputo pthisis & fluxus, quū vero sputū retinetur. moriuntur siue fluxus casus capillorū sit siue liquida desectio.

31. & 35. sen.

rius his addens medicamentum potandum, inquit, præbe elaterium deorſum purgans, & inferne aluum lacte infuſo elue, de cætero fomentis vtere, quo in loco, mirandus venit Hippocrates: qui quum in aphoriſmis ſubſequutum tabidis fluxum, adeo perniciosum eſſe prędixerit: fortiſſimum nunc, vehementerq; expurgans ipſis præſcribat medicamentum, elaterium quidem concitato, nimis, motu pituitam, bilemq. per aluum detrahit: vt agreſtis cucumeris ſuccus, ex quo conficitur, eius vim clare denotat. Ita vero concitate corpora expurgat vt elaterium, vt ſimile, vel potius ipſi proprium, ex inde nomen veteres ad aptarunt: illum, agitatorium nominantes, teſte Manardo. Propterea quidem, nullus poſt ipſum, eo vſus fuiſſe medicaméto, exiſtimatur. Rurſus, etiã. 2. de morb. lib. de tabe loquens, veratrum pro vomitorio ipſis concedit: ad quod opus perficiendum, prævalidam ægri naturam, facultatemq; futuram aduertit. At ſi non ita robuſta ſit, minorem veratri potionem, eamq. lenticulæ de cocto admixtam prębendam docet. Vbi non minus, atque ſupra, admirandus venit ipſe:

Ex ſen. Gale. lib. de dinamidiis.

Lib. ſuarum epiſtolarũ. 13 epiſt. 1.

ſe:quum non per vomitionem tabidos purgandos eſſe. 4. apho. prius edocens: nunc non ſolum quæ ſuperius euacuent exhibeat: ſed etiam, quæ vehementer vomitum prouocent, tribuenda inſinuet.

Verum ex reliquis, poſt ipſum, authoribus nullus, veratrũ, aut elacterium ſimile his, tribuebat medicamentum: tum ob aſſertas apho. ſententas, tum ob vim medicaminũ illius ęui: ea quidem ex ita exhibito præſidio, incommoda, quæ per initium recenſuimus, oritura timentes. Quæ etiam ipſe timens, multo leuiori vtendum eſſe medicamento poſtea reſcripſit. Ventrem inferne non eſſe vacuandum, referens: niſi fortes corripuerint febres: quæ ſi nõ ad ſint, lacte aſinino aut cryſtere emolliẽdũ eſſe ſuadet. Ex quibus omnibus facile deprehenditur, nequaquam in tabidis integram, vtilemque vllam, ſiue per ſuperiores, ſiue inferiores particulas, fieri poſſe expurgationem. Demum, neque cum fortibus febribus tabificium ob lædirur corpus, fortibus illis vti licet medicamentis, vt ex eodem met authore lib. de purgantibus medicamentis, aperte id percipi valet,

let, neque sine febribus, in tabidis, multum læuissimis vti conuenit auxilijs: quæ potius commoueant, & agitent corpus, quam euacuent, ex cogitata proptcrea à medicis sunt medicamenta, vbi expurgandum epectore, & pulmone pus est, fortisșima vt retulit Gale. 5. metho. pharmanca: quibus, facile sursum efferãtur humores, ac ne alij congregentur: tum fluxi iam, exsiccentur.

Sed si eo tempore, quo fortissima tantum reperiebantur auxilia, veratrum, peplium, elateriumque tabidis, vt expurgantur. exhibebant veteres, in nostro felicissimo euo, quaudo pleraque vacuantia adinuenta sunt præsidia, tum bilem, tum pituitam deducentia. Quid ni ipsa illis audacius exhibemus? Non quidem, quum exquisita eorum fuerit tabes, nam in corporis coliquatione, pulmonis vlcere, & febre simul lenta, ea omnia quæ prędiximus sequentur ex inde incommoda ac multa alia: sed cum ex fluxibus, à capite, vel toto corpore in pectus de missis, ipsa ob orta sit tabes: vel quum, ob ebulitionem succi, partibus totius corporis inditi, ex oriatur, tunc

igitur, vt ſupeſlui mordacisq. humoris abundantiam euacuemus: à loco affecto humores fluentes diuertamus; vlcus vero ſi quod, in pulmone, factum iam eſt, exſiccemus. Inter complures autem noſtris temporibus inuenta medicamenta, quę, id omne efficatius, & cum minori corporis agitatione perficere queunt, eſt rhabarbarum, nonnunquam torre factũ nardo indico admixtum, roſarum infuſione, & ſero caprino dilutum. Vt ex cuiusque, ipſorum, natura perſpecta, agnoſces ſimile auxilium, tum mittiſſime acres ſalſos, ac demum mordaces ex purgare ſuccos, ac maxime ventris lenitioni prodeſſe: tum vlceris corroborationi, exſiccationi, & febriculæ attemperationi, vt ſic dicam, prodeſſe.

2. Canonis pars exponitur.

Poſtquam hactenus, an tabidis expurgans conueniat medicamentum, & quale ipſum futurum ſit expoſuimus: nunc quidem ſecundam canonis partem enodemus oportet: vbi tepidum balneum conuenientiſſimum tabidis remedium exiſtere, dicebamus. De cuius auxilij vſu, varia Celſus eodem cap. ſcribit: nunc quidem præſtantiſſimum, nunc omnino his aduerſum eſſe, inconſtanter referens.

Aetius

Aetius tamen, tantum præsidium mirifice laudibus extollit. lib. 5. 93. capi. quod dignissimum aureis litteris, studiosus per otium per legat, oro. Vbi, pręclara de hac re Aetium scripsisse notabit vnicam tamen maximamque differentiam, præter asserti capitis lecturam, in balnei exhibituri methodo, constituas oportet: quam ex variis eiusdem morbi causis decipies. Vel enim tabes, ex fluxibus quos caput demittit, constat: altera quæ ab affectibus pulmonis oritur, omnino succedit expuitionibus sanguinis, potissimũ vase rupto: sępe numero etiam fit, fluxione repleto pulmone, non à capite, sed ab aliȷs corporis partibus. Atque his omnibus tabis differentiis, cõtrarium est balneum: fluxiones, suo calore augens, quo etiam vias omnes dilatans, aperiensque, vlcus pulmonis aptius lacerabit: atque ita pariter eruptionis, ex ipso, sanguinis occasio erit. Vel enim tabes, totius, tantum, corporis extenuatio nominatur absque vlla destillatione, aut fluxione perueniens, cui tepidum aquæ dulcis balneum mirifice conferet: inditam locis omnibus siccitatem demens: & similem naturæ hu-

1. Epid. seca. 17 com. Gal.

Hæ duę differentiæ tabis quę sequũtur sunt ab Hip. cõscriptę teste. Gal. 1. epi. sec. 2. 13. com.

miditati madorem, humiditatemque ipsis adhibens: præter naturalem calorem contemperans: natiuum autem velut connutriens, sic multis nominibus his balneum vtile esse præcipimus. Vel denique, tabe corpus affici dicitur, quum ob vlcus pulmonis totum marcescit corpus, cui etiam tabi, non vulgare remedium balneum relatum existit: marcorem totius corporis detrahens. Verum, caput, ob metum destillationis, non lauetur: neque pectus, ne vlcere interno affectum cum sit, reiectionis sanguinis occasionem præbeat. Vnde merito diuinus Hippocrates. 2. de morbis libro de tabe loquens, sic asseruit. Lauandum te pida tabidum, excepto capite, quod quam rarissime lauari debet. Et si cæteris, demum, tabis auxilijs, multo præstantius esse lac, ex omniũ medicorũ cõsensu cõputetur de eius tamẽ facultate eximiaq. pręstantia, quã breuissimã reliquerũt enarrationẽ: ita vt experientia cõprobatis, per omnes huc vsq; medicos, duobus, aut tribus lactis exhibendi modis, nec ita bene succedentibus à tanto, hi, desistunt auxilio: etiam si à nullo alio iam auxilio

3. Canonis pars exponitur.

lio opem obtinuerint. Itaque à tam ad mirando omnium fere morborum reme dio, diuinitusque misso præsidio, statim non proficiente desperemus: eius exhi bendi rationem, tum immensam ac va riam compositionem, ad phthisim, ac fe re omnes profligãdos affectus vtilissimũ, sequẽti cõpendio enumerare decreui.

Compendium auxiliorum, quæ ex lacte eiusq; in numeris permixtioni-bus, de sumuntur.

INgeniorum lux, et rerum naturæ pe ritus Homerus plerasq; gẽtes solo la cte vixisse ac hodie pariter viuere scrip sit: inter quas, Scythas, Nomadas, ac simi lis nationis gentes, galactophagos, id est lac edentes, alios galactopotas, id est la ctis potores, quos inter benignos ac mi tes, teste Marcellino, cõscripsit, Tartaro rũ hodie victus, multarũq; septẽtrionis gentiũ, per plurimos menses, ex lacte so lo existit, tũc concretũ lac, & are factum hi reponunt, idq; secũ, in bellorũ tumul tibus deferunt: deinceps vero, cum vsus postulat, terũt ipsũ, aquaq; madefaciũt: vices etenim alimẽti, & potionis explet ali, lacte destillato vtuntur, quũ nimirũ lautius

lautius epulantur, verum id, caput infe-
ſtat: ac propterea, oxigalate ſæpiſſime
vtuntur: nam & ſtomacho familiare ali
mentum exiſtimant, & aluo emoliendæ
quam maximæ vtile, demum nullus eſt,
qui lactis præclaros valeat adnumerare
vſus: quum apud omnes mundi gentes,
tum ad varios cibos, tum ad inſignia per
ficienda medicamenta, frequẽtiſſimum
eius munus ſit: nonnulla tamen, ex mul-
tis his, in medium transferre, atque recẽ
ſere decreui: quę ad medendi, ſolum, par
tem conferre magis videbuntur: cætera
quidem, alimenti tantum rationem deſ
cribentia, à Galeno ſunt petenda in lib.
de alimentorum facultatibus, decibis
boni & mali ſucci: & ab Aetio, in ſua
medendi arte, & plerisque aliis, rem ci
bariam conſcribentibus. Eſt igitur lac,
teſtæ Ariſtotele, concretus ſanguis, op-
timum vero, quod nec guſtu, nec olfa-
ctu, manifeſtam aliquam qualitatẽ oſten
dit: ſed eſt ſuaue, continuum, ac conſi
ſtentia medium, & contuenti candidum
apparet: tribus conſtans partibus, nimi
rũ ſero, butyro, & caſeo: quã vero facul
tatem, earum vnaqueq. obtineat pars tã
quã rẽ manifeſtiſſimam, & à Gale. ſæpe
aſcri

ascriptam silentio ipsam præteribo. Probatissimum autem lac bene alit, si per plene in ventre conficiatur: quod vero vitiosum est, morborum pestes vtētibus adfert. Quod enim serum vberius continet tuto sumitur, vel frequentissime: cōtra vero, sero exiguo præditum, non impune editur. At quod caseo est fœcundius, quale est bubulum atq. ouilum, cauere oportet: præsertim eos qui renum calculis, & renum obstructionibus sunt obnoxij. Nihil enim his pari ratione noxium extat. Omne lac per se infirmo capiti aduersatur: sed thoracis ac pulmonis affectibus mirifice prodest. Rursus inflationes ventriculi parit, nisi crassi succi eduliis admixtum, conquoquatur qualia anisum, oriza, panes non bene cocti, & placentulæ, sic tamen exhibitum, calculos, & renum obstructiones facilius generabit. Proinde vires eius augēt, aut obscurant, quæ ipsi miscentur alimenta, medicamentaque. Demum serosum aluum magis ducit, & crassos attenuat succos. Caseosum contra aluum sistit, & assertos procreat humores. At incōmoda quæ calido, aut frigido stomacho ex sumpto lacte subsequi valent: & quibus

tum

tum ſtomachus ante lactis exhibitionẽ, mederi & præparari debeat: tum quamethodo lac ipſum prius componendum ſit, ne acceſcat, aut in nidorem conuertatur, deſcripſit Galenus, in lib. de alimẽt. fac. propterea nunc ipſa reticebo, quod in illius operibus hæc perſpicue conſpiciantur ſcripta. Nunc quidem hæc pauca in compendium redacta dictauimus, vt adea quæ particulatim deinceps referemus, vniuerſalem quandam lectori dignotionem exhibere poſſint. Ne aliquis ignorata lactis, eiusque partium facultate, tot lactis cum alimentis, ac medicamentis, permiſtiones, tantis adeoque grauiſſimis affectionibus inutiles futuras eſſe perſentiat.

Enu-

ENVMERANTVR particulares, ex lactis mixtionibus vtilitates.



Enta acescere aut coire densariq. lac nō patitur. Quare lactis potionibus additur ne huius coagulati potu strāgulentur. lib. 20. ca. 14. 1. Ne coaguletur.

Arcades quidē idest Arcadiæ gētes, nō medicaminib⁹ vti, sed lacte circa ver, quoniā tunc maxime succis herbæ turgeāt, medicenturq. vbera pascuis. li. 25. cap. 8. 2. Magnū esse medicamentum.

Itē auricularē affectū (ut cepis loquendo) cū lacte mulierum: & in eisdem sonitū, ac grauitatē emendantes, cū adipe anserino, aut cū melle stillauere. li. 20. ca. 5 3. Auriū morbos sanat.

De lactis vsu. cōuenit lac mulieris dulcissimum esse, mollissimumq. & in lōga febre, cœliacisq. vtillissimū, maxime eiusquæ iā infantē remouerit. li. 28. cap. 7. 4. Lōgas febres sanat.

Et in malacia stomachi in febribus, torsionibus, vel rosionibus efficacissimū experiuntur. ibidem. 5. Torsiones & erosiones.

Itē māmarū colectionib⁹, cū thure oculo ab ictu, cruore suffuso, & in dolore aut epi- 6. Māmarū collectiones & oculorū læsiones.

epiphoris si immulgeatur, plurimũ prodest. Magisq. cum melle, & narcissi succo, aut thuris polline. ibidem.

7. Quod lac bonum sit. Semperq. in omni vsu efficacius eiusque marem enixa sit, multoque efficacissimum eius, quæ geminos peperit mares: & si vino ipsa, cibisque acrioribus abstineat. ibidem.

8. Oculorum fluxionẽ. Mistum propterea ouorum candido liquore, madidaque lana, frontibus impositum, fluxiones oculorum suspẽdit. ibi.

9. Oculorum ictum. Nam si rana, saliua sua oculum asperserit, pręcipuum est lac remedium. Contra morsum illius bibitur, & stillatur. ibidem.

10. Ad oculorum metum Qui simul lacte matris & filiæ innuctus sit, liberari oculorum metu in totã vitam afirmant. ibidem.

11. Ad auriũ vitia. Aurium quoque vitiis medetur, modice admisto oleo: aut si ab ictu dolent, anserino adipe tepefactum. ibidem.

12. Ad odorẽ grauem. Si odor grauior sit, vt plerumque fit longis vitiis, diluto melle lana includitur. ibidem.

13. Ad regiũ morbum. Et contra morbum regium in oculis relictum, instillatur cum elaterio. ibid.

14. Ad venena & isaniã. Peculiariter valet potum contra venena

nena, quæ data sunt è marino lepore, bupestrique. Vt Aristoteles tradit contra Doryenion. Et contra insaniam quæ facta sit hyscocyami potu.

Podagris quoque iubent illini cum cicuta: alij cum œsypo, & adipe anserino, qualiter etiam vuluarum doloribus imponitur. ibidem. 15. Ad podagra & vuluã dolentẽ.

Aluum etiam sistit potum, vt Rabirius scribit, & menses ciet. ibidem. 16 aluũ sistit et mẽses ciet

Eius vero quæ fœminam enixa sit, ad vitia tantum in facie sananda præualet. 17. Ad faciei vitia.

Pulmonis quoque incommoda lacte mulieris sanãtur, cui sic admisceatur impuberis pueri vrina, vel mel Atticũ, oĩa singulorum cochlearium mensura, murmura quoque aurium eiici inuenio. ibidem. 18. Pulmonis vitia & tinnitũ curat aureis.

Eius quæ marem peperit, lacte gustato, canes rabiosos fieri negant. ibidem. 19. Ne rabiosus canis fiat.

Et si vratur dysenteria, decoctum caprinum marinis lapillis, aut cum ptisana ordeacea. lib. 28. cap. 9. 20. Ad dysenteriam.

Pueris ante cibum, lactis asinini heminam dari, aut si in exitu cibi, erosiones sentirent, antiqui in arcanis habuerunt. ibidem. 21. Ad erosiones.

Bubuli lactis serum, orthopnoicis ante 22. Ad orthopneam.

te

te cætera prodest addito nasturcio. ibi.

23. Ad duram aluũ in febribus. Prodest lac in febre ad duram aluum: dum careat dolore capitis, ibique multa alia, ex Diosco. translata sunt.

24. Quãdo vtile lac sit. Lactis materni vsus vtilissimus: post conceptũ exitiosus existit, ibidem.

25. Solo lacte quasdã gẽtes viuere. Nomades cynocephalorum lacte viuentes. lib. 6. cap. 30.

26. Ad cutis affectus & inuidos purgãdos hoĩes. Miscetur aqua lactis caprini quantitatis vnius vnciæ, cum tribus vnciis sir. acetosi. s. multæ acetositatis, vnica ebulitione data: quæ maxime prodest ad inueteratas papulas, & varos liuidos, & vitiatos sub cute humores: vt lepras, scabies, vlcera vetera, & esserata. Cæterum aqua lactis, variis aliis modis, contra cutaneas affectiones parata ebibitur: vt floribus fumiterræ, borraginis, buglossæ, senæ, lupulorum: rhabarbaro, & similibus admista. Sed potissimum aeri nocturno exposita, in qua Galenus scamonium immittebat, & cláculum inuitos homines purgabat, & sanabat. 14. met. 17. cap. Amato Lusitano referente. 2. cent. cap. 16.

27. Ad auriũ dolores. Si auris doleat lacte vtatur: nam si ab acri, biliosoque humore dolor fuerit excitatus, lac ipsum sedat: cũ humoris acrimoniã hebetandi facultatem obtineant.

Quin

Quin & cum frigiditas meatum audito rium obsidens, dolorem induxerit auxilium est: partis naturali temperamento à lactis calore, veluti consoto, incrementumq. capessẽte: ac validius noxiã concoquente materiã, frigiditatem ve depellẽte. Proinde eo vtimur, ad dolorificos affectus, recens ab vberibus effuso, naturaleq. corporis temperamentũ seruante: Petrus Steuç. 2. epid. sec. 5. 21.

Garryophilus masculus, cum lacte summo mane assumptus, cordis tremori maxime prodest, idest palpitatiõi ipsius, vt refert Auicen. lib. 3. fen. 11. 28. Palpitationẽ cordis sanat.

Audax sis in exhibitione buglosæ cũ lacte, ad palpitationem cordis: & buglo sum ipsum, in omni potu secure exhibere potest. Paulo inferius idem Auicen.

Lac asinæ cũ flore borraginis, insaniã habenti ferinam, longo tempore exhibui, admirãdum fuisse præsidium expertus fui: cum non solum ipsam curaret: lac verum etiam longas vigilias, contẽperando emendaret. 29. Ad ferinã insaniam.

Biliosis deiectionibus lac dare malũ est referente Hip. 5. aph. & Gal. id in cõ. cõfirmãte: & Cornelius Celsus, adeo lactis vsum in corpore bilioso timet: vt vri 30. In qua defenditur biliosis ãiectionibus optimum esse

næ

nę biliosæ quoq. interdicat: quoniam in bilem facillime transmutabitur: qua aucta febres intenduntur, & profluuium necessario augetur. Oribasio & Amato Lusitano referen tibus: verum idem Hippocrates ac ipsius Gale. 4. acutorum tex. 115. sic referre videntur. Si febris non fuerit vexétque tormina, primum quidem lactis asinini calidi pauxillũ, deinde sensim plus bibat, alias ab ipso abstineat.

Cent. 2. 44. cu.

Lac crudum nõ esse dandum, sed vel recẽs mulctum, & calidum ab vberibus protinus effusum: aut lapidibus ignitis, aut candente ferro coctum, suasu Gale. manifestũ est. Quia sic intestina colluit, vlcera abstergit, & ea conglutinat: veluti pinguedo adeps ouique albumen. Hisque mordicationes omnes mittigat, atque intercipit.

Galenus.

Respondet Amatus primo idipsum à Galeno, & ab ipsomet concedi, dum febris non adsit. Postea sibi ipsi contrarius videtur. Dum in his dysenteriis tantum lac dandum esse contendit, quę biliosæ nequaquam existant, & febris non adsit quia eo inquit, exhibito multa sequuntur in commoda.

Amas. ut

At non solum in citatis locis Hippo. & Gal.

Hippocra.

& Gal. in biliosis dysenteriis lac dandũ esse præcipiunt: sed. 7. epi. Eratolai filio veluti aliis, qui dysenteria biliosa cum febre laborabant, lac silice candefacto immisso dedit. Quod si ab his se retrahit Hippocrates postea id propter febrem fecit, non vero propter bilem: cui sic præ paratum lac nimis refragatur: Aetio quoque ipsum imitante consilium.

Veruntamen lac non solum sic illis exhibitum, optimum esse puto: propter assignatas causas: sed etiam cum aliis rebus permixtum, securissimum, ac valde comodum præsidium dysenteriis quantumuis biliosissimis existet. Etenim sic calidum existens, saccaro rosaceo, & ordeo prius tosto, deinde per coctum, tum magis abstergit, tum magis bilis immodicos calores contemperat, & sic magis fluxum cohibet, morboque calido oppitulatur: ac impossibile videtur his conmixtum, in bilem mutari: immo, vt recte dictum est, ipsam contemperabit, ac minuet: & hoc sæpe probatum est, & recte mihi successit.

Nam tum serum quod ob suam tenuẽ substantiam, facile in bilem commutari, & propter ipsum, lac cito corrũpi poterat Cõtra Amatum.

terat chalybe consumptũ, difficilius deinceps multo, quæ super est lactis substantia, ob suam densitatem & crassitiem, superabitur, & in bilem vertetur. Tum etiã saccarũ rosaceũ, bili maxime cõtrarium, lactis corruptelam plurimũ impedit, & fluxionem cohibet, illud propter saccarũ efficit: hoc propter rosam, nõ nihil astrictionis, sic paratam obtinentem percipit. Demum ordeorum grana, eo ordine præparata, & in lacte iniecta, easdem vires cõtinere videntur: etenim calorem contemperant, fluxumque cõmode vitare valent.

Cõtra Amatum. Lac igitur chalybeatum, deinde saccaro rosaceo granisque ordei, prius torrefactis, ebullitum, sicque exhibitum, præstantissimum dysenteriis iudicatur auxilium. Propterea cum amylo conditum, vti dixit Aetius, vtile existit.

31. Hecticos sanat. Post balneum, lac hecticis protinus Gale. exhibebat: cui mel admiscendum suadet, ne in caseum conuertatur: cuius loco saccarum inspergit Amatus. cen. 3. cap. primo de hectica febre.

32. Ad aquã hydropicorum. Subditicia purgãtia fortia, quæ aquã ducere possunt, & muccos, ac pelliculas magis, quam priora: piperis grana quar-

ta maxima, aut etiam parua, si opus fuerit, adelateri potionem admixta terito, & muliebri lacte instillato, cum melle modico subigito. Atque hęc in lanam mollem circum pennam obuoluito, & linteo circundato apponito vbi prius in oleum Aegyptium tinxeris, mane aut autem subdita per diem Hippocra. referente, lib. de morb. mulieb. primo. 120. & 121. senten.

Lac multũ valet si portetur mane & sero: si posset abstineri ab alio quouis potu optimũ esset. Cũ hoc intelligẽdũ quod serũ caprinum potarũ, & spica nardi curãt omnem hydropẽ excausa frigida si vero de causa calida addatur cũ his succus endiuiæ & scariolus inquit Bernar. lib. 6 cap. 5.

Si vero febricitantem tormina cruciant, in primis parum lactis bubuli calidi dandum est, deinde augenda eius quãtitas est. Edat oua assa, semi concreta, similam myllium, condrum ex lacte coctum, dequoquantur, refrigerentur, & sic comedantur: Hip. 4. lib. acutor. 106. sententia.

33. Ad tormina febricitãtium.

Cum arida bilis ventum inflat, strepitum, & dolorem tum laterum, tum lumborum excitat, aluus astringitur: quod si dolor non remittitur, lac asinæ, donec purgetur, potui dandum Hippocra. 4. acuto. 100. senten.

34. Ad laterũ & lũborum dolores

Re. caudarum cancrorum fluuialium lib. 1. lactis vaccini vel ouini lib. 4. bulliant omnia simul vsq. ad dimidiã lactis cõsumptionẽ: demũ caude optime contun

35. Ad phthysim.

dantur & cum optimo lacte dissoluantur: cui adde farinæ ordei farinæ amyli anna.p.1.lactis amygdalarũ dulciũ vnc. iiij.vitelli oui recentis numero.j. sacari albissimi.vnc.iiij.misce & apud ignẽ cõducãtur vsq. ad verã coctionẽ & patiẽs ptipsim mane & vesperi quantũ venerit suo appetitui ex hoc cõdimẽto mirabili comedat Fauentinus in impiria cap.14.

36. Ad phthysim. Solo sequẽti cõdimẽto phthipsicos sanari,expertum est:eodẽ cap,referẽte Benedicto Victorio. Limaciarium nemoraliũ mundatarũ optime à suis mucillaginibus lib.1.herbæ vngulæ eaballinę,bene tritturatę vnc.ij.lactis vaccini aquo nõ sit extratum butyrum lib.2. bulliant simul,vsq. ad perfectam limaciarum decoctionẽ & totum condimento hoc cũ sacarro mistum detur patienti ptipsim, loco suorum ciborum.

37. Ad phthysim. Duas autem sequentes compositiones,ab eo sine lacte, tabidis conscriptas, cum lacte caprino valde vtile effici posse,qui ipsas perlegat,recte intelligeret.

38. Ad hecticos, Accipiatur medulla panis,& infundatur in lacte vaccino,vel caprino, per sex horas,deinde coquatur in lacte amigdalarum dulcium, quantum sufficit,addendo

do emulsiones seminum papau. albi & sem. cominum frig. anna. vnc. ss. & cum sacaro fiat ferculum sine sale, & hic est alter hecticorum cibus, referente Bene. Victo. in empirica cap. de hectica febre. 39. Ad hecticos.

Alter hecticorum cibus est, assumere caudas cancrorum & eas infundere in lacte vaccino per sex horas, in eodemque cōcoquere huiusmodi caudas: cui adde lac amygdalarum dulcium, emulsiones sem. papa. & sem. comunium frig. anna. vnc. ss, & cum sacaro, quātum sufficit, fiat condimentum. eodem cap. 40. Ad hecticos.

Alter cibus est capere testudinem nemoralem, & cum aqua calida eam separare ab ossibus suis extrinsecis, deinde eam euiscerare cum aqua violata, & seminum cominum, calidis, bene diluere, demum in lacte vaccino infundatur per noctem, caro dicte testudinis, post verocum portionibus cucurbitæ recentis, in lacte vaccino coquatur, & cum sacaro quantum sufficit, fiat condimentum: Patiens vero comedat carnem testudinis, & cum lacte decoctionis dictæ testudinis, conficiat ferculum 41. Ad hecticos.

Alter cibus est, capere limacias, & eas bene diluere cū prædictis aquis, deinde

eas concoquere in lacte vaccino, & cũ lacte amygdalarum dul. & saccaro fiat condimentum: & recordare, quod lac in omni administratione, est conueniens hecticis: & lac præcipue aquo extractũ est butyrũ, cũ butyrum facile inflãmet.

42. Ad hecticos. Alter cibus pulparum caponis carnosi, & non pinguis. n. ij. infundatur in lacte vaccino per diẽ, deinde optime cõtũ datur caro, & cũ aqua seminũ conminũ frigidorũ: cui misce farinæ ordei. p. ß. lactis amygda. dul. vnc. j. euulsionis seminis papau. dra. 2. saccari. q. s. fiat cõditũ.

43. Adsingẽdas animis similitudines. Lactis ingenia & proprietates, adsingendas animi, atq. corporis similitudines, nõ secus valere asserit: quã vim ac naturã seminis: neq. in hominibus id solũ, sed ĩ peccudibus quoq. animaduersũ nã si lacte ouiũ edi, aut caprarũ, agni alẽtur, constat ferme in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Ioan. Bruger. de reciba. lib. 1. ca. 17.

44. Vlcera abstergit. Cum enim serosa quædam extersoria pars in lacte contineatur, vsus ipsius cõgruus sit, ad propositam curationẽ: vlcera enim quæ impletione indigent, extersoriis citra mordacitatem opus habẽt, li. Aetij. 7. cap. 103. hæc sen. est cõtra chirur

gos quosdam, qui in vlceribus nō posse dari lac putant: quia vlcera exinde superfluitatibus impleri credunt.

Lacte tepido balneari debet vniuersum hectici corpus, dum prius in aquæ dulcis tepidæ balneum, idem tā diu descenderit, donec ibi immoratus cutis pori reserentur: hocq. prodesse quam plurimum hecticis existimo. Nam lactis humiditate, emolliri induratæ obstructiones poterūt, & serosa eiusdē substātia attenuari, atq excerni: omnesq. hectici partes humectari prōptæ fiunt, quod plurimum hecticis necessarium est. Pereira in noua medic. cap. de hectica. 45. Ad hecticū balneandum.

Inter catarro cōferētia, lac caprinū Ioan. Baccha. annumerat, lib. de consi. me. 46. Ad catarrum.

Lac epoto sublimato conuenit: non enim huic tantum veneno aduersatur, sed & huius generis aliis, quæ erodendo interimunt: & medici id fatentur: præcipue Gal. com. 6. in li. 6. de morbis vulg. enarratione. 5. referente Amato Lusitano cent. 4. 52. curatione. 47. Ad venena quæ erodendo interimunt.

Inter cibaria ciceris & fabæ farina, amylumque cum lacte, & oleo amygdalino, addito sacaro laudantur. Proferūt si saccari puri plusculum iniecerint, 48. Quaten9 dādū lac. & quibus miscēdum & ad pus eiiciendū vtillissimū esse

vel mellis, aut salis micam, late epoto, vinum subinde bibere dãnamus: & quo ad penitus decoquatur in ventre, ab omni potione alia abstinendum est. Alij cũ similagineo pane lac ipsum offerunt: & rursus vino parcentes, lac denuo bibendum exhibent. Cum amylo potum magis conglutinat, aut tragacãtho, aut spodio, aut rhusse Syriaco. Saccarũ quoq. rosaceũ magis celebratur laudibus. Lac cum glycyrrhizæ succo, vt purulẽta extrahantur, vtiliter bibitur, vel cum seminis maluę decocto, aut papaueris albi seminis lacte, aut semine melo peponis: inquit Alexander Beneus. lib. 9. cap. 33. in phthisicorum victus ratione.

49. Ad deploratũ phthisicũ.

Et phthisim & tussim sanari, vel recẽti, cum mulso liquefacto, ita vt vncia in cyatum, rutæque ramo permiscetur, lupi adipe, & capræ sæuo, & lactis pari mẽsura, deploratum phthisicum conualescere affirmant. cap. 35. eiusdem curationis.

50. Ad imbecillitatem.

Imbecillitatem omnem reficit lac bubulum, asininum, caprinum, muliebre in primis, ac su illum vtillissimum, tum eodem cap. tum sequenti: retulit idem.

51. Ad phthisicos.

Oriẽs, camellorũ lacte phthisicos, & hecti

hecticos releuat, per omnes dies, ibi met.

Si vero refrigerare, ac simul emollire volueris thorarem, ranarum pinguitudine, butyro eloto, oleoq; amygdalarum inungito, addito violaceo, ac muliebri lacte, cum seminis cydoniorum lentore, albicante, cera adiecta, eo modo vnctulum conficies saluberimum: quo etiam num, crura, ac bracchia interiora, in hectica affectione inungas: nam febrem, alterando mittigat, ac vires pariter instaurat. 36. cap. citati. lib. 52. Ad hecticos.

Postquam earum inflammatio, hoc est arteriarum, moderatior reddita est, butyrum conueniens est, lac item, ac mel diutius cocta, amylo ipsis in iecto: quod si nō ad sit, panis siligineus, siccus, contussus, & cribro exculsus, lacti, dum quoquitur, in farciendus est: per quod medicamentum, inflammatio sedatur. Aetius lib. 8. cap. de arteriarum pharmacis. 53. Ad arteriarū inflāmationes.

Cæterum necat aloe ventris tineas, ex lacte, vel melle sumpta. Mesues cap. de aloe. 54. Ad vētris tineas.

Loquendo Hippo. 2. lib. de morb. 60. sen. erysipelate pulmonis, si is splenicus fuerit, ne purges: neq. succis, neq. lacte, neq. sero, sed eo, quod modicum ingestū 55. Ad pulmonis erysipelam.

mul-

multum educet. Si vero, inquit, ante sple nicus non fuerit, lac asininũ bibendum dato: post assumptum iam medicamentum expurgans.

56. ad ventris fluxũ cohibentum. Lac, in quo lapides igniti iniecti fuerint, aluum non subducere: sicq; exhibẽdum, quibus venter acrium excremen torum demorsu infestatur: facile tamen lac sic pręparatum, in ventriculo, in caseum cogitur: ob id, mel illi, & salem ad miscemus. Quin etiam, & aquam ei affundere securius fuerit, vt plerique medicorum factitant, neque mirum tibi videatur, quod sero consumpto, rursus aquam infundant: non enim seri humidi ditas est, quam fugiunt: sed acrimonia, cuius occasione lac omne aluum sub du cit: ex substantijs contrarijs mixto, sero .s. & caseo. Tantum autem mellis optimi ei est iniiciendum, quantum suaue, citra stomachi euersionem, sentiatur. Pari modo & salem iniicies, quo ad gustum non offendat. Quod si ipsum magis subducere velis, salis quam plurimum iniicies. Gal. 3. de aliment. faculta, & de cib. boni & ma. ca. 3.

Et ne corrũpatur quibus admiscendũ

57. Ad marasmum. Laudo quoque, vt fere omnia condimenta marasmato, cum lacte condiantur,

& pręcipue sequens nutrimentum, quotidie sic affecto exhibeatur. Lactis ouini vel caprini librá.j.vitelli ouorum num. iij. vini albi dulcis. vnc. iiij. & ita ad lėtum ignem agitentur, ne oua densentur, sed recte incorporentur. Benedic. victo. in sua Empirica cap. de marasmo

58.ad orthopneam.
Heraclides ait, semen anisi, quantum tribus digitis accipere, tantundem hyosciami cum lacte asinino, simul orthopnoicis nimis prodesse Plinius lib. 20. cap. 17.

59 Ad tussim
Alteę folia arida, in lacte de cocta, cui libet perniciosæ tussi, citissime medentur cap. 21. eiusdem lib.

60.ad cæphaleam.
Ad cæphaleam e xpituita ortam, accipe aquam semper viui, cucurbitæ, olei nimpheæ, lactis muliebris: a quo pondere, adde camphoræ momentum, id naribus vtiliter in fundetur, Alexan. Bene. referent lib. 1. cap. 14.

61.ad epylepsiam
Purgatur cerebrum à pituita, in epylepticis, per nares quidem elaterij scripulo semi vnciæ lactis admixto referente Manard. 13. libro suarum epist 6.

62.ad sanguinis sputū incrassandum.
in sanguis sputo, ad ipsum sanguinem incras-

incrassandum, farinam orizę, cum lact bene coctam, aut cum iure pedum pe scribit Paschasius, in sua practica lib.1 cap. proprio.

63 ad phithisim. In phthisi, sicut in omnibus lõgis febr bus, atq; difficillibus lac recte datur: ci bus leuis eorũ sit, vt sorbitio ex ptysana vel alica, vel amylo, lacte adiecto: celsu lib. 3. cap. 22.

64. Ad phrenitidem. In incremento phrenitidis optimun auxilium est, exalto in caput lac huma num, aut caprinum actu calidum instilla re Paschasius. lib. 1. de morb. curan. cap de phrenit. cura.

65. Ad venena & alios affectus quam plurimos. Ad omnia venena, lege quæ in com pendio sentẽtiarum, ex Dioscoride, sunt transumpta.

66. Ad dẽtiũ ortũ facilem efficiendum. Quidam præsumptuosi probauerunt, lac caninum optimum esse, ad facilem dentium ortum efficiendum, inquit Ber nardinus lib. 3. cap. 5.

67. Ad scrophulas. Emplastrum à magistro Villanouæ probatum, ad scrophulas. Accipę lac ca prę nigræ, & concaua radicem brionyę, & ipsum cõcauum prędicto lacte imple, & supra prunas ardentes bulliat prædi ctum lac, quousque quasi consumatur, deinde pistetur, & supra scrophulas cali

dum

dum apponatur,& quolibet die renouetur:quo vsq; scrophulæ resoluantur,pro batum est,inquit Arnaldus.2.lib.breuiarij de strumarum cura.

Si eruperit pus , cibis quam salsissimis ac pinguissimis vtatur:at si non prodierit pus,paulatim fomentum adhibeto in os,ex sij succo , vino torino , lacte bubulo,aut caprino:singulis,pari mensura permixtis:ita vt sint hæminę tres: in quas , postea furnitestas , igni candefactas inijcito:atq; inde vaporem, per fistulam trahat,cauendo vt ne aduratur.Hippocrates.2.lib.de mor.6.50.sent. loquendo de suppuratis ex peripneumo. 68. Ad pus erūpendum

Pro curatione biliosarum excretionū Eratolai,hæc refert Hippoc. 7. epid.postea vero bubuli lactis crudi quatuor heminas Atticas bibit,ꝓ vice vna cyathos duos in diem primum,sextam aquę partem admiscens,& vini nigri austeri, parum : paulo infra , inquit , potius lactis post primos decem dies , ad quadragesima vsq. siue aqua cum vini nigri modica parte. 69. Ad biliosas excretiones.

Otesi crati lac in farina, magis(sequēti.s.ęgro)quam serum caprinum contulit,cum dolor esset, circa totum vētrem 70. Ad tenasmum.

& do

et dolores cum multa ad egerendum ſur rectione, ac ſub cruenta egeſtione, & tumor circa pedes, fere iam. 2?. dies eſſet, & Adriano eadem contulerunt: verum Ceneæ filio, lac aſininum coctum.

71. Miſcetur colliriis multis. Præcipuis colyriis nardinis, & theodociis admiſcetur lac: & qua ratione: & quantum efficax ſit, lege Aetium lib. 7. cap. 113. &, 112. cap.

72. Ad vlcera maligna. In lacte vero, bene alunt ciceones, Hippocra. referen. lib. 2. de diæta ſent. 9. cicer album per aluum ſecedit, eiicitur, & alit quidem carnoſum in ipſo. Per vrinam vero eiicitur dulce: per aluum autem ſecedit ſalſuginoſum: eodem lib. ca. 13. ſen. Aetius de cicere, hęc inquit. Affert quidem cicer ad vlcera maligna, auxilium non pœnitendum: lacti generando aluo emoliendæ, vrinæ ciendæ, calculis renum frangendis plurimum confert.

73. Ad caua vlcera. Cum ſucco fænigreci vtere lacte, ad caua vlcera, & ſordida, Aetius libro. 7. cap. 112.

74. Quibus varientur ipſius facultates. Facultates lactis, diuerſa ratione victus varie augẽtur, aut minuũtur: refrigerans facultas, augetur lactuca, cichorea, endiuia, portulaca, & ſimilibus. Tergẽs

vis,

vis, augetur ordeo, adianto, fœniculo, & hysopo, natura glutinosa, crescit rubro lentisco, salice, & similibus. Pascassius cap. de tabe.

Fit lac purgatorium ita: lactis asinini, aut caprini heminā. j. hoc est. x. vnc. sammoniç scrup. ij. misceto, ac exhibeto: purgat bilem, si vero enici granorum. xx. internam partem inieceris, euacuat pituitam: at vero polypodium, aut epithimum non probo, eo quod tingant lac: & non potest hoc latere accipientem. pleriq; enim, ob timoré purgari nequeũt Aetius lib. 3. cap. 88. 75 Quatenus purget.

Paul. lib. 3. cap, 31. vbi de cruentis sputis agit, hæc de lactis beneficiis affert. Panis fit lot⁹, ex aqua frigida, vel halica vel chondrus, cum quodam succo refrigerante: puta maligranati, vel myrti, vel omphacomelitis, vel oua sorbilia, vel aliquod ex lacte bellarium, cũ quodam astringente. Hæc adducit, ad cruenti sputi curationem, inter alia ipsius remedia. 76. Ad cruentum sputũ.

Ad pulmonis vlceratam arteriam, ad aliquam tenuem venulam, ex hisquç in pulmonem tendunt, ruptam: ad aliquam etiam fistulam, earum, que per 77. Adplerosq. affectus pulmones.

pul

pulmonem distentæ sunt, ex vlceratam: vel aliam, in alteram distractam: & sanguine hæc partes antea fuerint impletæ, hæc in sorbitione ęger accipiat. Primum eruum torreto, & corticem depurgato de inde per triduum in aqua macerato, singulis autem diebus aquam diffundito & aliam assundito, postea quarto die ex colato, ac resiccato, deinde tenuissime mollitum cribrato. Et lini semẽ tostum tundito, ac terito, & sesamum eodem modo para: & polentam non salsam, puram tenuem accipito. Et erui quidem ac polentę, amborũ æqualis sit mensura: sesami vero tertia pars: lini vero dimidia vnius partis: hęc in lacte caprino cocta, quam liquidissime absorbeat, hoc item refert, in pulmonis inflammatione in lateris tuberculo faciẽdum esse, hæc enim omnia inquit Hippocrates lib. de intern. affect. sen. 1. 4. & 5. ac. 7.

78. ad tabidos In. 11. vero eiusdem hęc, de tabidorum curatione: bibat crudum lac bubulũ, tertia aquæ mulsę parte admixta, per. 5. & 40. dies, admixto etiam origano: caput autem ipsius prius purgetur, pharmaco ad nares apposito.

79. cũ amylo De lacte, cũ amylo permixto, & eius

vtili

vtilitatibus, lege Dioscori. lib. 2. simp. cap. 94.

De lacte, cum alica permixto, & eius vtilitatibus: lege Hippocratem lib. de affectionibus. 36. senten. 80. Cũ alica.

Vide quam præclara multa de lacte scribit Vallesius de Tarãta. cap. de phthisicorum curatione. 81. ad phthisim.

Remedia ex lactis per mistionibus desumpta ex Dioscoride lib. de simp. med. fac. secundum locos.

AD dolorẽ capitis: ex frigiditate. Elaterium ex lacte naribus infusum. 82

Ad comitialem, serum lactis potum, quousq. aluum excitet. 83

Ad defluuium pilorum palpebrarum, lac illis positum conducit. 84

Ad oculorum ictus, & recẽtia vul. & lipitudines, hæmatites lapis, cum lacte iniectus. 85

Ad oculorum vlcera: valet lapis galectites saphirus, & samius, quisque eorum cum lacte eius infusus. 86

87 Ad oculorum fluxiones: crocum cum humano lacte: & lapis morocthus cum eodem lacte iniectus.

89 Ad aurium dolores: porri succus cum aceto, thure, & lacte iniectus, vel succus origani cum lacte.

90 Ad purulentas aures taurinum fel cũ caprillo humano ve lacte instillatũ.

91 Ad fluidas gingiuas: lac asininum in collutionibus.

92 Ad gutturis inflammationes, & asperitates: lac gararicatum prodest.

3 Ad cruenta sputa. Si amylum potum optimum est: quid ni, & cum lacte iniectum commodius erit.

94 Ad tussim: amygdalę amarę, cum melle, & lacte in illinctu datæ.

95 Ad iocinoris obstructiones: idem auxilium est.

96 Ad ventriculi erosiones: lac humanũ potum.

97 Ad sedis vlcera: thus tritum, cum lacte: linimento quodam inpositum confert.

98 Ad renũ., & vesiccæ vlcera: lac quoduis epotum prodest, vel cucumeris semen ex lacte, & passo haustum.

99 Ad venerem ciendam, stimulãdamq;: lac omne haustum.

Ad expellendum fętum: caniculę lac 99
(primę feturę) haustum mortuum pellit.

Ad vteri inflammationes: anthillidis 100
radix cũ rosaceo, lacteq; indita prodest.

Ad podagram: lac humanum cum o- 101
pio, & cera illitum.

Ad vlcera ab erodentibus prouenien 102
tia: lac omne præcipue bubulũ iniectũ.

Ad ambusta: lactucæ siluestris lacteus 103
succus, ex humano lacte infusus.

Ad omnium venenosorum morsum 104
ictumq. coagulum leporinum potum,
ex vino trium obolorum pondere, sic
coagula alia.

Ad serpentum, scorpionum, & aspidũ 105
morsum cancri fluuiatiles crudi, tritiq.
cum asinino lacte potui dati.

Ad leporem marinum epotum: lac asi 106
ninum continue datum.

Ad rubetam ranam ebibitam: testudi- 107
nis marinæ sanguis, cum leporis coagu-
lo, & cymino bibitus.

Ad bupræstes, & pinorum erucas ebi- 108
bitas: humanum lac copiose bibitum, l.
cum palmulis thebaicis.

Ad epotas cantharidas: cucumeris se- 109
men contritum, ex mulso, ac lacte hau-
stum, vel multum lac.

110 Ad ſanguinem, & lac in ventriculo concretum, coagulum leporinum epotum prodeſt, vel coagulum quod cumq; ex aceto, & laſerpitij radice, aut laſſere hauſitum.

111 Ad colchicum, bubulum lac, aut aſininum largius potum, vel ſerpillum ex lacte decoctum, & bibitum.

112 Ad ſolanum ſomniferum, lac caprillum potum, vel aſininum.

113 Ad hyoſciamum: lac omne, præſertim aſininum.

114 Ad aconitum: opobalſamum, drach. vnius pondere, ex lacte cum caſtoreo, pipere. l. ruta: æquis ponderibus, potum.

115 Ad toxicum: roboris cortex tritus, ex lacte auctus: item cum lacte illicis. l. fagi cortex ebibitus.

116 Ad cicutam: lac tum bubulum, tum aſininum potum.

117 Ad herbam ſardoniam: lac affatim bibitum.

118 Ad ceruſſam: lac calidum bibitum.

119 Ad argentum viuum: lac copioſe potum, & vomitu reiectum.

120 Ad calcitim, & ſandaracham, & auri pigmentum: lac ex aqua mulſa epotum, & vomat.

Ad

Ad pupulas: lac omne epotum cū crudo melle, admixta aqua, vel serum lactis potum. 121

Ad scabiem. Serum lactis potum. 122

Ad elephantiam: calamintha, cum sero lactis prodest. 123

Omnes itaq; affectus, aut fere omnes, per sanare lac potest, aut per se, aut cum aliis admixtum, ex quibus, lactis immensa vtilitas, ac præstantia elucescit. 124

Quid coagulum sit explicat.

At cum hactenus de lactis coagulo per scriptum sit, oportebit id explicare, quid ipsum sic ex Arist. lib. 3. de historia animalum cap. 21. coagulum, lactis substantia est: quippe, quod in eorum ventriculo, quæ ad huc lactēt, contineatur: est ergo coagulum, lac ignem habens intra sese, quod cum animalis tempore concoqueretur, caseum traxerit. Si amplius per vestigare volueris. Lege coaguli facultates, ex Gal. x. simp. lib. ex. Dioscoride. lib. 2. simp. cap. 68.

125. Ad lupinā insaniā.

Ad lupinam insaniam, Altomarus lib. prim. de curandis malis, serum lactis per triduum præbendum, non semel, sed bis ter ve, asseruit.

126. Ad insaniam.

Ad insanos, ex Archigene, & Posidonio, teste Aetio. lib. 6. cap. 8. deinde etiam

per nares caput purgetur, radicum betæ succo infuso, aut elaterio, aut attramento sutorio cum lacte.

172. Ad epilepsiam puerorum.

Ad pueros epilepsia liberandos, magnam habet facultatem notũ Plinij auxilium: quod affert Antonius Cartaginensis. Vermiculorum lanuginosorum in rubo repertorum, quorum tres, aut quator lacte, vel aqua mellisq; simul deuorentur, hæc affert Pascalius lib. 1. cap. 8.

128. Ad comitialem.

Aetius ex Galeno, lib. cap. 6. 13. ad comitialem morbũ, pro sternutatorio hoc describit, in sufflemus, inquit, elaterium cum lacte: ad collabentem epilepticum excitandum, ex Dydimo. Idem author lib. 6. cap. 15. coagulum leporis quotidie ieiunus bibat, erui magnitudine, aqua dissolutum, & si leprorinum non reperiatur, hędino vtatur.

129. Ad supercrescẽtes aurium carnes & nasi vlcera.

Vt supercrescentes aurium carnes, et nasi vlcera, citra dolorem reprimas. ℞ lactis canini vnc. ij. mellis vnc. j. misce & infunde, & lana obclude: nihil potentius, etiamsi intrinsecus cancerauerint aures. Teste Hieronymo Montuo lib. 4. à nasce. morb. ca. 5. queãdmodũ teste Actio ad vehemẽtes ipsarũ dolores oui candidum cũ lacte muliebri & opio prodest.

Quomo

Quomodo biliosam, alui fluxionẽ in febrientibus curare oporteat, ex libris Philumeni, in suum vsum Aetius, sic trãstulit. Lac igitur in tali in commoditate bubulum, aut caprinum tepidum, recens mulctum, ac potatum auxiliatur, aut ad ignem decoctum, assidueque agitatum, donec ad tertias sit reductum: quod ipsũ & perfluuiales silices, ferriq; laminas igni candefactas, ac in lacte extinctas, fieri potest. Cęterum in decoquendo superstantem concretionem, siue spumam mystro, aut pinna auferre oportet: hoc enim nullum compendiosius remedium ad fluxiones biliosas, reperire possis. 130. Ad biliosam alui fluxi ex Aetio lib. 9. ca. 35.

Quandoquidem autem febricitãtibus lac ipsum in nidorem, aut etiam acorem conuerti consueuit, maiusq; nocumentum, quam commoditatem inferre: tunc sane in præsens ipsum exhibere vitabimus: aquæ vero quarta parte, ad lac ipsum affusa, decoctionem faciemus, donec dimidium totius consumatur, atque hoc modo exhibebimus. Eodem loco

At in capite dysenterię. Si vero, inquit, in testinorum exulceratio, absq. fluxione relinquatur, plura ne infundantur, 131. Ad dysenteriam.

quam lac bubulum, aut caprinum, cui lycij drachmæ tres ſint admixtę: optime faciunt et terrę ſamię drachmæ quatuor, aut amyli totidem, cum plumbi vſti drachmis ij, & cum triticea ptyſana admiſta ac infuſa.

132. Ad cācerola vlcera.

Porro canceroſa, & maligna, quæ cacoëthe græci appellant, in teſtinorum vlcera, fere in totum incurabilia exiſtunt, neq; tamen citra auxilium relinquere oportet, ſed vehementes dolores mittigare: optimum autem & his eſt aſſininum lac, recens mulctum, ac potatum: ſi quis enim eius vſum ſuſtinere poſſit, nullumque aliud nutrimentum accipiat, plurimam ſalutis recuperandæ ſpem habebit: bonum eſt & bubulum, ſi illud non adſit, quéadmodú ſciſſile lac cũ amylo. Tũ ſorbitiones ex amylo & lacte quibus an ſerinus aut gallinaceus adeps ſit admiſtus, his dyſentericis præbeátur.

Epilogus de lactis propri etatibus.

Sic pari ratione omnem, in tabidis, recuperandæ ſalutis ſpem inter cętera mũdi auxilia, pręſtantiſſime ſibi vendicauit lac, varie præparatum, variisque alimentis, ac medicamẽtis contéperatũ: admiſtã ex inde facultatem adquirens, de cuius, ad tabem, idoneis miſcellis,

plura

plura Trallianus. cap. de medenda tabe conscripsit: quæ tribus vlcerati pulmonis malis promptissime ac mirifice auxiliatur. Puri quidem abstersionem, sero præstanter exhibens: solutæ continuitati caseosa parte subueniens: ac tandem eius butyro, partẽ connutriens. Verum quatenus eius facultates varie augeri debeant pro vario, in medendo eo vlcere, vsu nunc quidem plus abstergere, nunc magis vnire, nunc denique plus nutrire cupiẽtes, sic pariter nunc bubulũ, nunc asininum, nunc humanũ his exhibemus lac. Quemadmodum propter eandẽ caussam nunc ordeum, nunc mel, nunc saccarum, alias mel rosaceum, vel saccarũ rosaceũ vel salẽ, vel, amylum ipsi admiscebimus. Tum pleraq. alia sumpto ex his exemplo quæ pro varia morborum curatione, ex lactis admixtione subsecuta fuere conscripsimus: propterea sic bibitum lac, pulmonis vlceri idoneum extat. Quemadmodum quidem & per solum valenter, ac facillime nutriens somnum concilians, ac tãdem vniuersæ moli, veluti, congenitam humiditatem accommmodans, omnem siccitatẽ & marcorem detrahere valet. Ex quibus omnibus

bus dilucide percipitur, quam præstan tissimũ ægris omnibus ex lacte compo natur auxilium: tũ pręcipue his qui pul monis vlcere sunt affecti.

13. Canon. Pleuritidem, tum ex eaden affecta particula, tum ex oppsit missus, e cubiti vena, sanguis ex cte tollit: quod nullum medica mentum æque perficit.



T si cõplura admodũ que diuersa, de meden da pleuritide, à medi cis auctoribus hactenu sint scripta: eximiam tamen dicendi vbertatem, ac similem loquendi inutilem pro ceritatem nunc vitare cupiens, de his tã tum, velut compendio quodam, enarra tionem instituam, quæ ob Hip. & Gale. scribẽdi varietatẽ, nõ parũ obscurã hui' morbi curãdi rationẽ, difficilẽq. metho dũ efficere queunt. Inter quæ hæc sunt præcipua.

An in omni pleuritide sanguis mitten dus sit?

Si mittendus est vtrum ex brachio e-iusdem affecti loci, an ex diuerso?

Rursus

Rursus an purgatione is præfiniri dolor valeat?

Vtrum demũ medicaméta æque pleuriticis, vti sanguinis detractio, prosint?

Sunt pleraq. alia nõ parum difficilia quorum enodatio quũ parum ad medẽdi, huius affectionis, methodum prodesse videatur: ipsorum propterea disputationem tãquam à meo accepto instituto alienam, nunc dimittere volui.

Tãtũ igitur abest vt lateralis ipse dolor sãguinis euacuatiõe sit medẽd⁹, quin potius in aliis affectibus, is cõtingens, etiã si sanguis mittẽdus sit, mitti ꝓhibeat. Impedimẽtũ inquit Hip. in cruẽta spuentibus 6.epid.f. tẽpus anni, morbus lateralis, bilis. Qua 44. in parte tres ipse statuit causas: ob quas in cruẽta spuẽtibus sãguis haud quaquã mitti valet. Anni quidẽ tẽpus, idest calidissimũ siccissimũq. vt ante canẽ à venę sectione cauemus: teste Gal. id fieri prohiber: quemadmodum si admodum sit æger ipsi biliosus: & quendam ibi recenset ægrotum, cruentum sputum ejicientem, laterali dolore affectũ citra venę sectionẽ è pleuritide cõgruẽter fuisse subleuatũ. Igitur biliosa natura, anni tempus prædictum, ac ipse demum lateris verus

dolor

dolor ſanguinem extrahi dehortantur. Quibus nonnulli maxime puerilem ac decrepitam addunt ætates, id quoq. fieri perhibentes: ducti Galeni auctoritate, qui. 9. met. lib. cap. 7. eos medicos reprehendens: qui anni tempus, regionem, ſtatum cæli ætatem & conſuetudinem, inutiles exhibere indicationes referentes: propter hęc poſtea curationem mutare cogebantur. Ætas igitur & indicat aut prohibet hanc, vel aliam curandi rationem: quod pariter teſtatur Hippo. 1. lib. de vic. ratione in morb. acu. 45. ſenten. at ſi nuper inquit citato, cibus prior non deſcenderit, virtusq. valida fuerit, & floruerit ętas ſubluere oportet. In pleuritide ergo multa ſunt quæ ſanguinem mitti prohibent: vti bilioſa natura calidiſſimum anni tempus, maxime puerilis, aut ſenilis ætas: ac demum idem quoq. lateris dolor tale auxilium adhiberi vetat. Videtur igiiur ex his, quæ huc vſq. ſunt relata, nequaquam pleuriticis incindendam eſſe venam. Præſertim quum idem affectus, cui præcipue remediorum indicatio & contra indicatio debentur, id ipſum fieri præſidium dehortetur.

Quibus adhunc modum habitis ſatiſ-

facit

facit Galeni senten.9.met.lib.14.cap. ascripta, quæ huiusmodi est. Medicatoriæ indicationes à morbo ipso sumuntur, à corporis temperamento, & ab ambiente nos aere: verum aliç ex his in partes diductis, natæ videbuntur. At ambiens aer vel ad morbum, vel ad ægri temperiem sic indicando, aut coindicando: reducitur vt nihil per se, sed his adiunctus insinuet. Ipse quidem vel ægritudinis, vel sanitatis causis est coniunctus: referente Gale.11.met.cap.1. sic quoq. ætas, vel si cum morbo remedium indicat vel simul prohibet.

Prçcipuus enim indicationis scopus ex morbo depromitur: cui vim addunt, aut ab ipso detrahunt, anni tempus, cæli ac regionis status. Quēadmodū virtutis robur ex temperamenti dignotione percipitur: ad cuius maiorem noticiam habendam ætas inuestigatur. Sed neque tēperamentum proprie remedium indicat vel contra indicat, sed coindicat, aut simul cum morbo prohibet. Remediorū enim indicationes, teste Gale. ab affectu semper Hippocra. incepit simulq. virtutem considerauit: non tāquam remediorum vsum alioquin indicantem, sed tāquam

Aetas tēperamēti interuētu īdicat siue vt aptiꝰ loquar, medio tempera méto. 9. methodo. ca. 17 45. 1. deratione vic.

quam contrariam vel prohibentem.&c. Ad hunc itaque modum ex ætate, consuetudine vitæque studiis, tempore anni, & regione indicationẽ remediorum suscipi dicimus: cõsentiriq. inter primas
11.Met.ca.2. indicationes: quẽadmodũ speciales sub generalibus cõtineri autumamus. Quũ igitur solus morbus sit, qui proprie suæ affectionis auxilia indicet, videlicet phlegbotomiam, clysma, cataplasma,
1. Acutorũ 44. com. purgationem, oxymelli aquam mulsam atque aliorum vnum quodq. maxime illi aberrare videbuntur, qui sanguinis missionẽ à nullo iudicari contẽdũt: & inde quoq. admirãdus venit Hippo. qui ab acuto inflammatorio affectu, non solum non inquit tale auxilium iudicari, sed etiam ab ipso prohiberi perspicue docet. Qui enim fieri valet, vt remedia ipsa à morbis indicentur, referente Galeno 1.acut.44.com.& pleuritidis inflammatio quum sit, ex sanguine proprie dimanans, sanguinem vacuandum esse tum non denotet, tum etiam impediat: hoc quidem si ab alio auctore fuisset perscriptum, non solum ab omni ratione alienum censeretur, sed irridendi nõ paruam occasionem exhibuisset: quum tamen

men à tanto viro sit relatum, maiorem propterea scicitandi nobis ansam tribuit: haud medicinæ parentem insignem adeo errorem descripsisse, nobis persuadentes. In cuius sententiæ expositione quãdam Galenus huius rei euasionem præbet: quæ lectoris sensui haud quaquam satisfacere cernitur: vbi sic inquit.

Sanguineum sputum reiicientibus omnino quantum ad hoc pertinet, secanda vena est, nisi propter lateralem morbum talia reiiciant. Istis namque haud prorsus vt sanguinem spuentibus, venã aperies, sed propriis lateralis morbi regulis, & conditionibus eos medicaberis: per quas ita affectis vel sanguinem detrahemus, vel non, hactenus ille. Vbi non alia de causa sic expuentibus, præsente laterali dolore, sanguis mitti prohibetur: nisi quia in pleuritide non est perpetuum præceptum sanguinem esse mittendum.

Sed tamen in cruenta sputa, ex laterali dolore, reiicientibus si morbi naturam & propriam eius indicationem perspicere volumus: potius in his, quã in aliis pleuriticis biliosum, pituitosum, aut melan

lancholicum sputum erumpentibus, venam scindere debemus: isq. morbus perpetuo tale exposcit auxiliũ: eius ve causa nihil aliud ostendit. Est equidem ipsa nihil aliud quam sanguis in succingente costas, mẽbrana inflammatus, quæ per venæ sectionẽ vacuari expedit: nec si ita vacuaretur, diuersum à naturali colorẽ, is qui e uena detrahitur contineret. Quũ itaque contentus in inflammata particula sanguis dolorem omnino pariens, per venæ incissionem extrahi videatur: tum etiam sic extractus, ipsum subleuet dolorem, exacteq demat: non tantum inde venæ incissionẽ semper in vera pleuritide optimum dici debere præsidium, sed inter alia ipsius auxilia primũ ac pręcipuum adnumerandum censemus.

Ergo sanguinis missio à primo ad vltimum, in sanguineum sputum eiicientibus, etiam propter lateris dolorem sic eiectum, vtillissimum est remedium: causam coniunctam detrahendo, ac morbũ ipsum soluẽdo: nisi enim causam pręscindamus, affectus præscindi nequit.

Quum igitur Hipp. in cruẽta eiicientibus missioni sanguinis impedire ipsum dolorem asseruit: non quidem id retulit, quod

quod diuersam curandi methodum dolor pleuræ à cruenta illam spuentium curatione, obtinere doceret. Nam si sanguinẽ spuentes pleuritide laborant: quẽadmodum ab vno, sic ab alio liberantur: quia dempta causa, quæ doloris & expuitionis illius fuit origo, nimirum vena incissa, aut purgato corpore, aut fomentis adhibitis, & dolor, & sanguinis cessabit eruptio. Sic deniq. diuersa nõ erit vtriusq. affectionis curandi ratio.

Attamen quum Hippo. cruenta eiiciẽtes retulit, non rubrum sputum erumpẽtes, sed biliosum, aut pituitosum, aut atrum intellexerit: quæ non ex necessitate sanguinem euacuandum indicãt, sed medicamentis potius moderandum extrahendumq. Nam quẽadmodum plenitudini sanguinis, eiusdẽ vacuatio confert: ita humorum cacochymiæ, purgatio conuenit. Pleuritidi igitur ex bile, aut aliis succis pauco sãguini admixtis, inflammatisq. ortæ, non proprie sanguinis missio auxiliatur: nec à tali affectu hoc insinuatur præsidium. Nisi enim sanguinẽ, aliosq inculpatos humores, venã inscindẽs, detrahas, nequaquã exuperantem oblædẽtemq. deducere poteris bilẽ.

Quam absq. aliorum euacuatione, exhibito purganti medicamento, detrahere valebis. Ideo quidem biliosum cruentũ sputum eiicientibus, venæ incisio prohibetur. Hoc est non ex necessitate ipsis hoc adhibendum auxilium. Talia enim cruenta sputa, si ex pleuritide præcipue oborta sint, non venæ incisionem, sed auxilia alia indicant: nam & humor hic vitiosus, solus per expurgãs medicamentũ potius, immo numquã impermissus per venæ incisionẽ detrahi valet: & cũ insigniter sanguis, pleuritidẽ faciẽs, in alterius humoris naturã sit conuersus, dempto per cubitũ, optimo sanguine, is qui in inflãmata particula cõtinetur, vitiosior redditur, demitur quidem cum optimo & inculpato sanguine, innatum humidum: quod biliosi succi velut frenum existebat, vrgentiorẽ facit affectũ nullisque remediis postea cedentẽ. Nisi vero diuersionis gratia tũc sanguinẽ detrahas nõ equidẽ in biliosa admodũ pleuritide, vacuationis causa, venã iure secabis: cũ ipsius humoris natura vtilẽ sibi magis, ac propriã perpurgãs bilẽ, medicamentum quã per sanguinis missionẽ euacuationem existere in obscure demonstret.

Ex

Ex quibus facile constat cruentis sputionibus, ac nõ vere sanguineis, lateralẽ dolorẽ merito auxilium, ex venę sectione desumptũ demere. Hoc est si cruentum pleuritis sputum non exacte rubrũ, sed flauum magis, aut album, aut nigrũ representet calorem, nequaquam ex se, venam scindẽdam declarat: quin potius id fieri prohibet, cum aliorum à sanguine humorum vitium ostendat: cui purgatio aptior existit. Tum etiam neq. rubrũ ex pleuritide eiectum sputũ venæ incissionẽ semper insinuat: quippe si mittis vel valde minimus is dolor sit, ac statim per affectionis initium rubrũ facile eiicitur sputum: nec vera pleuritis is dicendus est dolor. Quoniam nec serratilem pulsum, nec grauem eam inducit passionẽ, nec respirandi difficultatem. Ac forsan minima sanguinis oblæsi portio, etiã si in membrana ea præter naturam contineatur, acutam inferre febrẽ nequaquã poterit: per sputũ præcipue, cõmode ac facillime deduci tum valens, tum incipiens. Rubra deniq. sputa, statim per initium mitis pleuritidis eiecta tũ quia acutus morbus non est: tum etiam quia congruenter ipsam morbificam causam ro-

busta expellit natura, venam secari omnino dehortatur. Sic demũ venæ apertionem solet prohibere pleuritis: sic quoque Hip. sent. à calumnia liberatur.

2. Dubium. Quũ autẽ vera fuerit pleuritis, ex sanguine, nimirum, multo inflammato producta, per sanguinis euacuationem, suã profecturam medellã, absq. cõtrouersia indicabit. Neq. enim magnis inflãmationibus, præcipue dolorem inferẽtibus maius propriusq. adhiberi auxiliũ valet, ipsa sanguinis ẽtractione: affectũ velut causam simul velocissime auferens. Præsertim quum è directo laborãtis partis è cubiti vena, extrahitur sanguis: clarissimã quidẽ promptamq. ægro vtilitatem adferens; non ita vero quæ ex opposito latere fit, emolumẽtũ præstãs: teste Gal. li. de curan. ratio. per venæ sectionẽ. At cũ huius etiã, ex opposito brachio, missionis sanguinis ipse meminerit, dicẽs ipsã obscurã, aut certe post tẽporis interuallũ, vtilitatem laboranti adferre particulæ, clare docuit, hanc quoque in pleuriticis nonnumquam perficiendam esse. Quandoquidem & illam non semper, sed sæpe prodesse retulit. Vnde non pauci controuersi admodum euaserunt: nũ

Idest ex eadẽ laborãti e directo particula, factã.

in

in pleuriticis semper ex eodem latere affecto? An in opposito, vena sit aperienda? Alij quidem semper ex eodem: alij vero semper è contrario loco sanguinẽ mittẽdum esse pręcipiunt. Ne autem in recensendis eorum omnium opinionibus, frustra tẽpus conteramus, eas quidẽ per otium studiosus perlegere, in eorum operibus poterit, præcipuas tantum quibus ducuntur rationibus, adnumerabo: vt sic eas omnes diuersas, & interse contrarias quisque perspiciens, exactiorem sciat medendi huius affectus eligere methodum.

Galenicorũ quorundam opinio.

Ex eadem laborante particula, è directo vena ad brachium diffusa scindenda est. Quoniam hæc duplex perficit munus, tum diuersionem tum euacuationẽ: atqui diuersionem, quam ante particulæ euacuationem efficiendam milies suadet Gal. peragit, oblæsum sanguinem ab interioribus abditisq. corporis locis, ad exteriores conuertens. Sic enim ad contraria tunc fit humoris auersio: vt non secundum latitudinem, aut longitudinẽ, sed secundum profundam viam fieri percipiatur: sub qua hæc lationes contineri videntur: nimirum ante & retro, in-

5. Meth. & 5. apho. 68. cõ.

tus & extra. Proinde illi maxime aberrant, qui dum Gal. incipientibus fluxionibus, ac toto tempore quo etiam num fluxio valēter irruit, ad contraria reuellendum docuit, per contrarium semper oppositas affecto loco partes, id est solā latitudinem, intelligentes: ex opposito semper brachio venam per initium pleuritidis incindendam esse contendunt.

4. met. & 2. ad Glauconem. lib.

Tum enim Galenus, sub nomine contrarietatis lationes omnes inter se contrarias intellexit. Aliter quidem in nulla pleuritide per initium, ex eodem affecto latere commode sanguis mitteretur: quum tunc temporis valenter fluxio ad locum oblæsum irruat: quod Galeni doctrinæ maxime aduersum existit: vbi ex eodem affecto loco venam scindendam esse protulit: quia hæc, & magis & velocius tum reuellere, tum euacuare ab affecta parte sanguinem potest. Qui igitur velocissimam, vtilemque succi afficientis reuulsionem simulque vacuationem facere ex optat, eiusdem lateris venam scindit: exinde quidem æger statim iuuari videtur: ac nō venam sed potius dolorem sibi scissum fuisse, prædicat. Nam in brachio ea scissa vena, quæ è directo locū

2. de ratione vic. 10. com.

locum affectum ambit, coniuncta doloris dirimitur causa: qua dempta morbus velocissime præfinitur. E contrario autem latere sanguis detractus, aut obscuram, aut tardam ægrotanti adfert vtilitatem: tum quia tardius diuertit, tum parum, aut nihil ex affecto loco humorem detrahit.

Alij vero licet hæc conspiciant, prius tamen ex opposito latere sanguinem mitti iubent: nam ad contrariam partem humor reuelendus est, quia in his omnibus per initia valenter ipse confluit, ac pletoricum ipsum efficit corpus, plectoræ autem indicium quum fuerit eam ad longinqua diuertere debemus, ex longius partibus sanguinem euacuátes: ne successione vacui, ex eadem affecta parte, id efficientes, maiorem quam antea fluxionem, ad locum affectum cõuertamus. Præsertim quidem vbi simul cum plenitudine sanguinis, vires imbecillæ existent. Pletora equidem magnã expostulat vacuationem: dolor eo vsq. quo sanguinis color in missione mutetur, qui magnã pariter faciendã esse succi detractionem, demonstrat: & quũ vires id fieri prohibeant, ac per epicrasim

Arabũ opinio.

ſim potius ſanguinem mittendum ſua deāt: maior inde vt dixi affecto loco fluxionis multitudo ſuccedet, occurretq. Quando enim maior efficatiorque ad locū fit reuulſio, ob plures humoris detractiones: tāto maius ipſi parti dānum ſubſequi cernitur: toties ad eam humore attracto. Quod inſinuauit Galenus oppoſitam memorans detractionem, ſimulq. è directo laborati particula factam, vti ſem ſæpe, nō vero ſemper eſſe autumās. Ac ſi diceret, ſæpius ex eodem latere affecto vtilē, aut ſi mauis dicere, obnoxiā verti: quum ſimul, vt dixi, humoris plenitudini, ſiue totum corpus ab ipſa iam infeſtetur: ſiue affecta particula plenitudinem velut expectet, ex vehementer ac multa irruēte fluxione, ſibi deinceps profuturam, ſi virium eneruatio adiungatur, neque tunc integram ex eodem latere: qualem nimirum Hippocrates, pro doloris medella, vacuationem effecturā, in coloris mutatione adpingebat, medicus perficere poterit: neq. qualē plenitudo expoſcit detractionē, fieri cōſentiūt vires. Quod ſi minor quā decet, fiat euacuatio: tria inde ſine dubio in commoda non aſpernanda ſequentur. Ex

opti

optimo quidem sanguine detracto, imbecilla iam facultas, imbecillior redditur: ad locum ob detractionem vacuum, ex totius corporis plenitudine, vel a presente magna fluxione, eximia sanguinis copia accedit, ob plenitudinem, cui facultas mittendi humores inest: & ob particulæ inanitionem, cui ex natura insita est attrahendi potentia. Vltimum vero, his maius incommodum, quod ex tali imperfecta vacuatione subsequi solet, est equidem doloris exinde augmentũ. Perspicuum enim est, aucta humoris in affecta particula portione, affectũ ipsum consequenter augeri. In his igitur, securius est ex opposito laboranti latere, reuulsionis, ac inmensæ plenitudinis minuendę gratia, sanguinem detrahere.

Ex quo latere sit sanguis detrahendus

Etiam si præualidam defensionem vtraq; opinio obtinere videatur, quęnam tamen earum sequenda, imitandaq; sit, aperte constat: tum ex his quæ hactenus asserta sunt, tum quoq; ex his quæ nunc dicentur. Quippe, in priori opinione, facillime prompteq; affectui vigentissimo auxilium exhiberi, tentatur: in altera vero, securitas magis ęstimatur: nam quemadmodum in illa diuersionem vacuatio

sup-

superat, sic pari ratione in hac, vacuationem superat diuersio. Per vnam, ex eodem loco affecto veram exspectantes euacuationem: quoniam e directo ex eo vitiosam detrahimus causam: per alterã autem sanguinis detractionem, non quidem primo affecti loci vacuationem intendimus, id equidem difficillime consequeremur, ob contrariarum partium nõ exiguam distantiam, sed multo exactiorem, quam quum e directo ipsa fit, diuersionem exinde effecturam certo autumantes, qua ingentẽ fluentis succi multitudinem ad contrarias affecto loco partes retrocedere facimus. Quamvis ergo tum medicorũ, tũ sic ægrotantium non pauci, præstantiorem eam sanguinis detractionem, quæ e directo laborati latere fit, appellant, neque aliam efficiendam vnquam esse, contendant: quod sępissime ob eam prompte à dolore leuari perspiciant, quum id tamen nequaquam semper pari modo subsequi: immo potius dolorem, non raro, exinde augeri plerique videant, cumulata nimirum ex ipsius attractione in affecta particula, humori ex toto corpore abun-

dantia

dantia, fæliciter, ac secure per contrarij loci venæ incisionem, his adhiberi remedium, sapienter referunt. Quam vis enim omne momentum curationis laborantis phlegmone partis, in redundantis, in ipsa, sanguinis vacuatione consistat. Vacuatio tamen hęc duplex excogitata est ꝰ aut translato ad alias partes (qui in ægra continebatur) sanguine: aut foris à corpore expulso. Referente Galeno decimo tertio metho. lib. ex quibus dignissimis tanti authoris verbis, facile cuiusque inflammationis curandæ ratio percipitur. Primum quidem fluentis per initia succi viam demere cupiens ipse medicus, ad contrarias eum retrocedit vias, quod quidem, exactissime, reuulsione per agratur: atque munus ipsum antea alia perficit, tribus nimirum causis fretus, ac velut conuictus. Vt primo fluxionem auertat. Tum plenitudinem minuat: ac vltimo, (vt his ita peractis) securius, vtiliusq; visiosi in affecta particula cōtēti succi vacuatio, siue per eius detractio

nem

Epilogus.

nem, siue resolutionem, siue aliter, perficiatur. Proinde post reuulsionem, vacuationem eiusdem partis conscripsit, vtrasque, non raro, vtiliter inflammationibus accommodari, docens. In pleuriticis demum mittendus est sanguis, ex eodem directo laborantis lateris bracchio, quia coniunctam morbi demens causam, prōte ęgrū iuuat, nisi plenitudinis sanguinis ac imbecillæ simul facultatis signa euidentissima adsint. Adiungi vero imbecillas vires humoris copię: nam etiam si humoris copia in corpore robusto adsit, nihil vetabit ex eodē latere affecto duas ac tres insignes secure effici vacuationes ac ita vtrisq. indicationibus, ex plenitudine & vrgenti dolore desumptis, vtili, ac constanti methodo responderi posse. At si virum adsit simul imbecillitas, satius est ex contrario ipsum detrahere: ne minima detractione, ex eodem latere affecto, elaborata: tum loco affixa causa, non dematur: tum ad ipsum, maior humoris confluxus sequatur. Quod si pere picrasim tūc vacuare coneris, ad vacuas bracchij venas potius totius corporis plenitudo sanguinem transmittet, quàm affecti loci humor detrahi valeat. Nam

ex

ex parua ea sanguinis detractione, maior ad partem affectam attractio, quoniam nimirum per initia inflammationis, etiam si nulla facta fuisset ex loco ipso vacuatio, valenter iam humoris vitiosi fit affluxus: quum igitur ex ipso vacuabimus, sed parum, multo quam ante maior, vicinas affecti loci partes infestabit fluxio. Quam minima autem deriuatio consequitur. Hæc igitur est valida causa, propterquam in multis prius ex contrario latere, deinceps ex eodem, sanguinem euacuamus. Neque opus est alterá huius causam statuamus, ab hac differentem, ipsum nimirum valenter affluentem humorem: non enim huiusmodi causa ab asserta quicquam differt: vtiq; nunquam valida humoris fluxio, absq; plectora generatur: neq; in magnis morbis plectora fluxiones comittere cessat: vel erit rarissimum. Sic igitur vnica tantum, in pleuritidis reperitur legitima facienda, ex contrario latere affecto, huius vacuationis occasio, quæ non raro sæpe offert, nimirum adiuncta plenitudini imbecilla facultas. Aliter quidem, ex eodem semper latere oblęso venam in scindemus.

Secunda

Secunda canonis pars, vbi de medicamentis disseritur.



Ræfinitis his, quæ de sanguinis, in pleuritide, missione commode perscribi poterant: nunc ad alias huius enarrationis partes, quę non parum ancipites nos reddere possint, consequeuter enodandas, deueniamus.
Primum quidem an solis fomentis, absq; insigni vacuatione curari valeat pleuritis? videtur quidem teste Hippocrate, id consequi posse, cum. 2. de ratione vict. senten. 7. antequam morbi huius alia perscribat auxilia, sic inquit. Fomentum ex milio, & sale dolores ad clauiculam humerumque pertinentes soluit. Sic autem verbis addit, non æqualem ex venę sectione, vti ex simili fomento frugem consequi valere. Sectio autem non similiter, inquit, tollit dolorem, nisi is ad clauiculam pertingat. Ex quibus Hippocratis verbis in obscure constat, non solum pleuriticis adhibita fomenta prodesse, ac per se sola dolorem dirimere

mere: sed etiam pluribus pleuriticis vtiliora, ipsa venæ sectione, existere asseruit. Præstantius enim, inquit, tollunt dolorem, infra septum transuersum grauantem magis, quam venæ sectio: hæc quidem, non ita dolorem soluit, nisi is ad clauiculam pertingat.

Etiamsi ante inflãmationem, sanguis nõ ita biliosus sit, per inflãmationis calorem aduritur bilescitq.

Sed quum pleuritis magnam denotet inflammationem, hæc quę ex adusto vel bilioso, præcipue, ob oriatur sanguine, difficile creditu videtur ita à fomentis, quemadmodum à venæ sectione ipsam iuuari inflammationem. Vt enim antea ex Gale. authoritate sic dicebam: nihil particularis loci vacuatio, quæcumque ea sit, aqsque vniuersali prius elaborata exuperantium humorum detractione, perficere valet: immo non raro (ad locum ipsum affectum maiorem vitiosi succi copiam afferens) dolorem augebit. Quemadmodum enim, per minorem, debita, sanguinis detractionem, no vtilitatem ægro (sed pro loci innanitione, & consequenter attractione) sed insigne non raro damnum subsequi dicebamus: pari quoq; ratione, per minimam ex fomentis subsequutam

humoris

humoris resolutionem, multo maiorem, pro eorum calore, fluentis ad affectam partem succi, attractionem in sequi proferemus. Itaq. maior, sine dubio, ex fomentis, per initia inflammationis adhibitis, id est non præcedente sanguinis missione, aut purgatione, attractio, quam resolutio sequetur, cur igitur Hippo. 2. etiam de ratione, vic. lateris dolorem, siue is per exordia fuerit siue postea ob ortus sit calidis fomentis tentare dissoluere docuit: cui dubio, sic in com. Gal. satisfacere videtur. Calida fomenta cutem ipsam ad perspirationes rariorem efficiunt: inflammationesq. sanguinem tum attenuare, tum per halitum digerere consuerunt. Quæ si facta fuerint, non solum sanguinis aliquid euacuabitur, verum quoq: & affectę quæ minus distenduntur iam partes mitius ex inde, & mansuetius dolebunt. Sed postea inquit: nisi sanguinis adsit in toto corpore redundantia, ná pars quæ calore afficitur, plus trahet, quá euaporet. Hactenus ille. Sunt vero non nulli, qui addant huic opinioni, tunc commode ipsa adhiberi fométa cum nimirũ mitis fuerit dolor: sed quũ ea inflammatio, quæ febrem continuam

diffi-

difficilem respirationem validam tussim, ac durum efficit pulsum, nequaquã mitis esse valeat, referendum est, eos, mitis nomen, cum vera, id est acuta, pleuritide confudisse: nam si mitis pleuritis est, id est non ea omnia accidentia, aut non ita valide, vt vera, infert, in exterius potissime inter costali bus musculis, & non in subcingenti membrana, ac musculis ei continuis, fiet, teste Galeno. 2. de loc. aff. libro & Aetio. libr. 8. cap. vlti. quæ, licet vera pleuritis appareat, vera tamen non est. Huic igitur posse nos calida adhibere fomenta, non est dubium vel primas medicinæ literas obtinentibus. Neque putandum est tantum virum (qualem Hippocratem) hoc audacter consuluisse, cum igitur de medendis morbis acutis ibi disputationem instituat, indubie dicendum est non dixisse mitibus, sed acutis affectibus calida adhibenda fomenta. Sed non libere ea accomodanda prędixit: caute quidem ea tribuenda esse, quod per verbum tentare, clare docuit. Quod si sciebat Hippocrates, veræ pleuritidi hæc maxime nocua esse, ob assertas ex Galeni, com. causas, cur

ipsa adhibet. Quoniam sępe ignoramus, an vera nec ne pleuritis ea sit: ac non raro fallacia sunt signa, ideo vacuationibus, tanquá insignib. remediis securitaté imponere cupiens hæc adhibenda iussit: non quidem fortia, sed leuia, paruam resolutioné efficientia, vt si no prodessent, saltim nõ nocerent, vel nõ aperte grauare possent. Proinde nõ temere, sed téctans id est caute, adhibere ipsa medic⁹ debet.

Vlti. dub. Per initia. Alterum secundæ partis dubium erat, vtrum commode pleuritidi purganti exhibito medicamẽto, medeamur. Diuinus quidem Hippocrates, tum variis in locis, tum præcipue lib. de purgant. meth. tum. 4. acuto. lib. manus hoc, in his tũc ex equi omnino prohibet, dissuadetque innumera exinde oritura symptomata doctissime aduertens, qui statim, inquit, 39. Sen. 4. li. de ratione vict. Hip. inter morbi initia, inflammationes medicamento soluere conantur, ii adistenta, inflammataq: parte nihil auferunt: affectus vero vt pote crudus non remittitur ac partes sanæ morbo resistentes, coliquescunt: quo circa morbus imbecillum iam corpus vincens, curationi non obedit. Quibus præstantissimis, aureisque verbis, nunquam per initia inflamma-

mationum, purgantia exhibenda esse medicamenta prædixit, consuluitque præter hoc enim quod ex affectę particulę insita causa, nihil ea dirimere queunt: ingenti tamen eorum calore, ac commotione potentior quam ante affectus redditur. Cur igitur Hippocrates hæc prospiciens, simulque docens. lib. de vic ratione primo, membranæ costas succingentis inflammationem curare instituens, non solum per initia huius validę inflammationis, expurgans exhibendum esse medicamentum docet: sed quibus, hoc est nigro veratro & peplio, fortissimis nimirum medicamentis, purgandum corpus sit, aperte simul insinuat, vnde curandæ pleuritidis ratio in obscure desumitur: quemadmodum ex priori sententia, satis difficilis redditur. Quę nam vero earũ verior sit, vel quæ exactior ex his methodus sit, nũc referam⁹ oportet.

Etiam si complures medendi scriptores sua laude dignissimi, copiose varieq; rem hanc enodare conspiciantur: quam breuissime tamen ipsam, Hippocratis doctrinæ, consentaneam magis recensebo: aliis prius (breui methodo) ab eius lectione alienis, refutatis sententiis. Breuissima vtilissimaq; responsio.

Sunt quidem nonnulli, sic huiusmodi controuersiam enodantes: in quarto quidem de vict. ratio. lib. medicamenta purgantia, per initia inflammationis iure optimo non exhibenda, Hippocratem retulisse: de vera, acutaque inflammatione tunc loquentem: per similem enim curandi rationem potius augeretur, quam detraheretur affectus. Sed in secundo acutorum lib. *haud* de vera pleuritide, siue de inflammatione non vrgenti, ac ex frigidis producta succis ipse loquens, nihil ei obuiabat, quin purgans exhiberet medicamentum, quod ita esse, clare Hippocratis verba ostēdūt: dum fortissimis relatis medicamentis, daucum, seseli, vel cyminum, y alia manifeste calefacientia medicamenta, admiscenda scripsit. Quę nullus nisi imprudenter aliquis, vrgenti ac veræ (ipsius membranæ) inflammationi accommodare auderet. Quemadmodum non veræ, quisque secure: qui igitur hęc referunt, neque verum, neque acutum infra septum transuersum, dolorem lateralem fieri autumnat: de acuto tantum ac vero dolore institutum eius libelli fuisse, quemadmodum & in tribus alijs eiusdem

dem descriptionis libris, solam acutorum curandi methodum perscribi constat: nam etiam si ad clauiculam dolor non ascendat, succingentem tamen costas membranam inflammatio ipsa (ex calidissimo sanguine orta) pręoccupans vera dicetur pleuritis. Neque si talis non esset, ita in ipsa purgationem semper vereretur Galen⁹: maximum, inquit in com. per ipsam euacuationem tentatur periculum, ac proinde securius sanguis detrahitur. Immo nullum ex eo, quod per venæ sectionem fit periculum impendet. Itaque si non vrgens, acuta, ac vera illa fuisset inflammatio, nequaquam timidus in exhibendo medicamēto fuisset Galenus. Neque de acutæ pleuritidis essentia proprium est, ad clauiculam semper dolorem lateris debere pertingere: sed mēbranę costas succingentis inflammationem esse sufficit: siue ad clauiculam dolor ascendat: siue septo transuerso inferioribus membranæ partibus, ipsisque vicinis musculis tantum affectus is communis efficiatur.

Alij vero aliter Hippocatis senten. enodare conantes, licet pręstantius, quam asserti, ac magis sensum earum declarēt,

non nihil tamen à veritate alienam opinionem statuunt, dicentes per inflammationis initia, sic vsum purgantium medicamentorum Hippocratem prohibuisse, vt perniciosam sui temporis medicorũ consuetudinem aboleret: qui ex affecta etiam parte aliquid, medicamentis vacuari tunc posse putantes, quod est impossibile, omnibus pleuriticis statim per initia, nullo excogitato affectionis discrimine, fortissima exhibebant medicamenta. Nam neque in inflammata met parte continetur humor, neq. qui extra venas in vacua pectoris spatia de lapsus est, aliquo purganti medicamento deduci, ac per aluum extrahi quit. Verum is tantum humor (referunt hi) medicamenti vi deducitur, qui in proximis inflammato loco venis continetur. Quibus rationibus concludere videntur, per initia inflammationis purgantia prohibuisse medicamenta Hippocratem duplici nomine, tum vt medicorum imprudentem e medio tolleret vsum: tum ne fortia adhibeamus tunc medicamenta, sic putantes ex eadem parte affecta quicquam detrahi posse, verum ea quę leniendo, ac humorem in vicinis laboranti particulę

locis

locis contẽtum, vel minuere, vel potius alio longe deriuare valent, non interdici ab ipso, constanter affirmant.

Attamen cum nostri æui medicamenta mitissima sint: ac ex omnibus corporis locis, sine violentia, aut ea non insigni, humores ad ventrem deferant: non solum per initia cuiusq; inflammationis secure exhiberi valent: sed ex affecta adhuc particula, absque agitatione continente, sine dubio, affectionis causam detrahentia, nullum, ex his quę Hippocrates quatot acutorum depinxit, generabunt accidens: sed morbum potius recte curabunt. Sed per morborum initia merito, præter traditam causam, ac commodantur: quum euacuandus humor, vel valde immodica quantitate, vel nimis mordaci qualitate corpus aggrauat, vterque enim humor sic immodicus factus, non sine magno naturæ periculo, coctioni substernitur: ac leni quouis medicamẽte facillime expellitur: de quo nõ paruũ exonerata natura securius deinde in acerrimis morbi diebus, residui iudiciũ facit. Siue igitur in pleuritide mordacissimã humoris adducti qualitatem, siue totius corporis immensam plenitudinem

demere, aut vt aptius loquar, diminuere coneris, antequam morbus ingrauescat: ac vires robur amittant, morbo præstantissime medeberis: si per ipsius initia, mitissimis medicamentis corpus non vacuaueris sed exoneraueris. Et licet in quarto pleuritidis die expurgans medicamentum exhibuit Hippocrates, non propterea in eo semper die, ac non in alio, ipsum perficiendum munus asseuerauit, quippe, si necessitas vrgeat in. . 3. & 5. ac omnibus aliis morbi diebus, quantumuis decretoriis, id efficiemus. Sed potius in quarto, quam alio die ipsum euacuabimus corpus: tum quia Hippocrates de eo tantum memoriam fecit: tum quia biliosius factus is morbus, ob sanguinis adustionem, de tertio in tertium diem ingrauescens, nequaquam in quarto iudicium ipsius natura tentabit: ac ita secure in eo medicamentum dabimus, licet securior, ac facilior nihil sit sanguinis missio, tũ propter assertas causas: tum quoq. maxime quia ex puriori sanguine pleuritis fit, quẽadmodũ quisq; alius phlegmõ. ex quibus, facillime canonis enodãtur verba: vbi nõ æque pleuritidi mederi pharmaca, vti sanguinis missionẽ dicebamus,

4. Acut. 76. sent.

mus. Tũ ex eisdem illa obscura Gal. sen. declaratur, quando pleuritide eos raro corripi asseruit, quibus naturaliter pitui ta superabundat, præsertim si acrimoniam, haud salsedinem sibi aliquam acquisierit. Quamuis humor quo calidior est, & magis & citius accendi, & igneã naturam recuperare valeat: tamen propterea, ab eo generatus tumor magis à phlegmonis natura recedit: quantum à sanguinis essentia, salsa pituita magis quã insipida, aut dulcis pituita recedit. Sic pariter minus ex attra quam ex flaua generabitur bile. Atq. de pleuritidis enarratione, ne molestiores simus, hęc que relata sunt sufficere videntur. 6. aph. 33 cõ.

Cordis palpitatio nunc a vapore, nunc ab humore exoritur. 14. Canon.



ON parũ inter se palpitationis, tremoris & cardialgiæ nomina ab auctoribus cõfundi solent: vnum eundemq. affectum denotare credentibus. Vnde quam plurimis medendi

di professoribus, in remediorum inuentio ne, præceps fuit errādi occasio tributa. Videtur equidē pars palpitatione oblęsa tremere: quū velocissimo motu sursum deorsumq; ferri conspiciatur. Cuius de nomine palpitantes, multi ex antiquis trementes appellarunt. Nā cum aliqua res præter naturā, siue vapor, siue humor sit, cordi euenit, tunc naturalem, ordinatumq; motum cor perficere nequit his referentibus. Conatur enim natura, siue pars grauata, id qđ ipsā contristat, expellere: morbus aūt is abunde prohibet: indeque duplex oritur motus, vel vnus contrariis lationibus cōditus, alter superiores, inferiores alter motus partes petens: & nihil pars ob imbecillitatem perficiens, palpitat, siue tremit: quasi nullā motionis partem eligere valens, nūc sursum deorsum nunc concitatur, ac nunc quidem vincit, alias autem vincitur: semperque in motu persistit. Sed bifariam palpitatio tremorq; differunt: tum equidē causa tum simul essentia. Quasi semper enim palpitationis causa, perfrigeratio existit: tremoris vero, semper facultatis motricis, imbecillitas. Dicebat quidem Galenus palpitatem reddere partem nihil

Multi ex antiquis palpitantes trementes appellarunt.

Vti Auicena lib. 3. fen. 11. Aetius lib. 2. 18. sen. Vall de Taran. Fōtanonus.

hil aliud preter crassum, viscidum, simulque multum spiritum, quem frigidum semper esse nullus diffitetur, an vero rationem, quam ad huiusmodi palpitationis assignandam causam Galenus adducit, integre concedamus, id abunde postea differetur. Dicebat pariter ipse, tremorem semper præcipue ad imbecillitatem partis subsequi: quæ non potest corporis, præter naturam existẽtis, molem præ imbecilla facultate sustinere: quum enim altum petere, ac in sublimia ferri nititur, id quod conatur, haud vnico cursu perficere valet. Ideo taquã cõpulsa, suas intermittit actiones: sic semper pari via, & sursum, & deorsum motũ cõmittit. Itaq. causarum ratione affectus hi nimis discrepare vidẽtur: quum alter frigorem: alter, imbecillam facultatem causam obtineat. Item non parum naturæ vi differunt, & si enim vtriusque affectus motiones comune aliquid inter se continere, discernatur, perspiciaturq. sicut de raro & denso, celeri ac tardo pulsu, à Galeno sæpe expositum est, nimis, nempe, has inter se concidere differẽtias easdẽ tamẽ haud quaquã esse. Ita in motus munere, duo hi comunicãt morbi: nullus

lus enim eorum sine motione perfici valet: maxime tamen differunt, non enim idem est dilatari, & sursum ferri: illud enim motio est, cum sit extensio: non tamen est motus, quia huiusmodi actio in eodem loco persistit: nec pars ipsa alienum à proprio cõquirit locum. Idẽ quoque de contraria referendũ latione: quũ non idem sit rem deprimi aut contrahi, & deorsum ferri: illud enim à dilatione, ex motione rei secũdum partes: hoc autem, sine deorsum ferri, à cõtrario motu, loco quidem differre cernitur. Quæ demum dilatantur contrahunturque, locum non mutant secundum totum, sed secũdum partes: seruato enim eodẽ situ, aut maior, aut minor ipse, secundum diuersas rei motiones, efficitur: maior per dilatationem: minor per contractionem deniq. redditur. Cum igitur adeo diuersi huiusmodi sint affectus, à diuersisq. item occasionibus exoriãtur: nullus deinceps temere, vnam his curandi rationem perscribet, etiam si Auicena, Aetius, ac plerique alij id ipsum effecerint, quod Gale. testimonio roboratum esse perspiciet. qui lib de trem. & palpi. ac. 2. de symp. cau. lib. vbi, palpitantium auxilia calida

Quæ dilatantur amplioré quã ante locũ adciscũt: quæ cõtrahũtur minorem.

da semper ab antiquis ascripta fuisse me moratur. At non omnibus trementibus talia commoda esse, pro vario affectus ortu recte asseruit: experimétumque rationi coniunctum id confirmat.

Hactenus differentiam palpitationis ac tremoris exposuimus: nunc ad eam, quæ inter palpitationem & cardialgiam constituitur, referendam, nostra conuertatur oratio. Cõplurimi medici hosduos affectus vnico sæpe nomine, ac vna curá di meta, confundunt. At quantum in his aberrauerint, facillime es his quæ nunc dicétur intelliges. Diuersi quidem sunt affectus à diuersis visceribus noxam inferentes: illis tamen non aliunde errandi occasio subsecuta, quam ex eiusdem nominis etimologia: cum cardia Grȩce Latine cor interpretatur: ac rursus cum stomachum non proprie cor appellari, sed ob maxime sensile ipsius oris facultaté, cordis nomen accepisse prospicientes. Si cardialgiam dicunt, stomachi affectũ merito dici videtur, multo magis, à propria nominis morbi significatione ipsiusmet dignotione desumpta, morbũ hunc cordis, quam alterius particulæ nuncupandũ esse contédunt. Præsertim quum

mul

multa ipſum concomitentur, ſæpe, ſym ptomata: quæ cordi potius, quam ſto-macho adaptanda eſſe aperte conſpiciã tur. Quod enim abunde confirmant acuta febris, deſperatio, angor animi, iactatio corporis, circa faciem & pectus glutinoſi ſudores, extremarum partium eximium frigus: quæ omnia grauiſſima accidentia affectũ, ex quo dimanãt, ipſum cordis potius quam ſtomachi proprium eſſe clare demonſtrant. Quibus ad hunc modis traditis ita reſpondendum videtur. Affectum hunc cordis morſum à barbaris appellatum, nomen propterea cordis accepiſſe, quoniam in læſione, & modo afficiendi cordis affectibus reſpondeat: neque alia de cauſa, ſtomachum ab antiquis cor appellatum fuiſſe videmus, niſi ob ingentem ſentiendi qua vtitur facultatem. ob quam, parum diſſimilis, cordis offenſis, patitur affectiones. Tum quia citius offenditur: ac illi ob viciniam, maximumque conſenſum, quam citiſſime non

Gal. 2. de Pla. minimam offenſionis portionem tran-

Hip. & Pla. ſmittit. Dicebat quidem Galenus, cordis morſum, ſiue dolorem qui in erroribus perſentitur, non eſſe cordis, quod

quòd eſt viſcus, ſed orificii ventris affectionem. Atque hic quoque, appoſituræ vicinitate argumentationem eſſe factam. Sicuti ab accidenti ea fit, cum vehementius palpitare cor in pauoribus, dicunt : quorum neutra ſcientiam parit. Itaque licet per mœrorem quis palpitet, nec tunc palpitatio proprius affectus eſt, ſed ſymptoma: quum in pauoribus cor palpitat, non inde cordis palpitatio oriri ſolet, ſed oritur ſtomachi morſus, aut alicuius particulæ tremor, non vero palpitatio. Quæ Galeni teſtimonio, à nulla alia exoritur cauſa, præter quam à craſſo, viſcido, ac multo ſpiritu. At vtrum id verum ſit, nūc declaremus oportet; qđ nulla aptiori methodo cōſequetur, niſi Gal. inter ſe maxime diſcrepātia loca in mediū afferamus. Qui lib. de rigo. trem. & palp. ſic inquit.

Diſtenſio quędam eſt ac conſidentia præter naturam, palpitatio: motus vero voluntarius partium quæ ſurſum, ac deorſum ferūtur viciſſim, tremor. Quibus denotat verbis, palpitandi motum omnino præter naturā eſſe. Deinde amplius ſic refert. Cōtrouerſia de cauſa palpitationis habita.

Spiritum craſſum ac vaporoſum, trāſi

tum

tum nō habentem palpitationis causam esse censeo. Colligi vero in cauitate ali qua nō valde parua oportet, si sensui ex-positam collapsionem pars ipsa habere debet. At flatuosam essentiam causam es se, ex motus velocitate constat. Quid e-nim adeo facile colligi, ac euacuari pos sit, præter spiritum? Spiritus enim in mo-mento temporis facile ac expedite per-uagantur. Palpitationū ergo causa: essen tia quidem spiritus est: qualitas autem es sentiæ, humiditas est, ac crassities: at lib. de locis aff. 5. cap. 1. diuersam huic cau-sam assignat. Est inquit & alius affectus, palpitatio videlicet cordis, aut per se e-ueniēs, aut cum suspitione quadā, quod in humore cor ipsum moueatur. &c.

Ex quibus omnibus nō leuis difficul tas oritur: vel enim semper spiritum il-lum crassum palpitationis causam esse asserēdum esti & ita veritatem illius sen tentiæ labi, per quam ab humore fieri va lere palpitationem, clare præcepit: vel si concedatur nonnumquam ab humore posse exoriri, alteram necessario causam nimirum spiritum vaporosum non per petuam dici debere constabit. At licet in alis partibus is colligi valeat spiritus,

qui

qui hujus affectionis causa constitui possit: in hac tamen parte vehementer calida, quo minus recuperetur, vehemens calor maxime prohibebit. Est enim cor innati caloris velut ignis fons. Rationi vero nimis dissentaneum videtur, à cordis calore nequaquam crassum spiritũ attenuari, multum dissolui, viscidumq. valenter discuti, ac contẽperari, calor enim qui per vtrũq. statũ magnã sangui nis partem potentia sua ita attenuare valet, vt in tenuissimum spiritum, sibi ac cerebro commodũ reddat, ac commutet. Qui fieri potest vt tantum eius sucumbat facultas, ne hunc statim extenuet spiritum, diuellat, ac respuat? id ne vtiquam per leuem poterit cõtingere occasionem. Quum deperditam cordis temperiem, maxime imbecillam reddi tam ipsius facultatem, ac cordis potentiam quam plurimum victam exinde esse, tũ quoq. ex his vrgentiorem adnasci affectum perspicue constat. Igitur ex adeo victa facultate potius sincope, quã palpitatio exorietur: aut forsan duo hi affectus simul cordi incident. Quod abunde Galenus eodem citato loco prospiciens, de duobus his affectibus dis- 2. de lo.

putat: quod rarissime cordis palpitat
absque permixtione alicuius conti
gat deliquij. Ideo in libro de palpit
tione, vnius ac simplicis affectus ca
sam ipse inuestigans, de palpitatior
cordis causa, idest de morbi compos
cum syncope origine, non loquitur
quoniam ipsa pariter ex spiritu & l
more composita extat. Hic igitur est
ter diluendæ prædictæ difficultatis n
dus: qui non satis propositas Galeni e
dare sententias videtur: proindeq. al
excogitari à nobis oportet, qui genui
Galeni doctrinam exponere, & à c
lumniis defendere valeat. Tum nimi
his adde rationem à Galeno coustitut
qua nititur indicare: spiritum tantū p
pitationis causam esse. Idest non ob
quia spiritus locum cito implet, ab e
que vacuatur: quod non æque, vll
persicere humor quit constans propt
rea, ac firma ratio existit, solum spiritu
palpitationem efficere posse, & nihil a
liud quantumuis præter naturam pari
sit adhibitum. Vidi equidem ægrum
temperatura biliosum, ætatis vigin
& octo annorum cordis palpitatione l
borare: qui de affectionis initio, ac mo
d

do afficiendi, per me interrogatus: ab infancia, & continuo se huiusmodi affectum fuisse morbo, testabatur: ita vt nūquam se supra cordis regionem manum posuisse recordaretur, quin palpitās cor reperisset. Coniecturandum est illius adeo pertinacem causam continuum, lōgumque affectum parturientem nulla ratione spiritum esse posse: vt qui cito confluat, ac refluat: pari etiam via dissoluatur, simulq. morbus inde dimanans velociter pręfiniatur. ideo succum aliquem, talis affectus causam fuisse putādum est. Quem tamquam partis naturæ maxime obnoxium naturalis facultas à se mittere tentans, partem secundum naturam dilatasset: si multus is fuisset. Verum ob multitudinem, ipsum absque cita, & magna tum dilatatione, tum contractione, expellere nequit. Vnde non immerito Galenus quinto de locis affectis dixit non mirandum esse, tantam humoris multitudinem in cordis tunica congregari: vt inde aperte doctus præciperet lector, multum in ambiente cor tunica succum accerbari debere, ad hoc vt similis succus palpitandi causa conficiatur.

Dilatatur igitur præter naturam part cula, adnoxium sibi, expellendum hu morem: ob eandem quam obtinet humi ditatem: cui inditũ munus est instrumen ta laxare, ac distendere. Eá vero dilatio nem contractio sequitur: alioquin aliu multo diuersus in parte oriretur affectu qui subito interficere posset. Ad hanc a tem dilatationem contractionemq. ex actas præter naturam particulæ motio nes, efficiendas, multum in ea tunica h morem contineri debere, doctissima qu dam Hippocra. senten. manifeste consp cietur. Sic enim lib. de cordis structur ipse scribit.

Vt tetanus paralysis tunicæ illius, cordis.

Cor figura velut pyramis est, colo autem abunde puniceum, & tunica leuem circundatam habet: & est in ip humor modicus, velut vrina: vt puta possis in vesicca cor diuersari. Facta au tem ea gratia, vt sanum in custodia pe maneat. Habet autem humiditatem ta tam, quanta satis est æstuanti in mede lam. Cæterum hunc humorem cor emi git, bibendo ipsum assumens, ac consi mens, pulmonis nimirum potum lan bens. hactenus ille.

Ex quibus Hippo. verbis perspicuu

es

esse constat, potus aliquid sæpe in asperam errare arteriam deinceps in pulmonem transferri, ac tandem à corde attrahi. Quod vt sanum viuat & à malis tueatur, ad tunicam, assertam, ipsum humorẽ remittit. Hic per sanitatem haud plurimus est, sed tantus, proportione, reconditur, quantus innati calidi temperiem non lædere sit potens. Quod denotat dicens ob id tunicam, ipsam sic paucum recondere humorem, vt sanum in custodia florescat cor. At plurima ac maior nonnumquam ibi colligitur succi copia, quam sit necessaria ad seruandum, vel liberandum cor, ne in siccã aliquam intemperiem delabatur. Quod abũde paulo inferius docuit, quatenus alimentũ sint hominis inquit, vẽtus & aqua cruda: sed sunt magis cognatæ affectionis castigatio & medella. Cognata vero nobis affectio existit, continuus triplicis substantiæ fluxus, referente Gal. 1. sanit. tue. lib. huic vero fluxui tria sunt ex natura accommodata auxilia. Cibo etenim quidquid siccioris substãtiæ effluxit restituimus. Potione quidquid humidioris: aereæ igneęq. substantiæ modũ respiratu, arteriarũq. motu tuemur. Pro

Habet totam humiditatẽ tunica illa euãta satis sit statuãri ni medellã

uida autem natura hos substantiæ defectus conspiciens: atque eos non in omni tempore propriis suis resarciri posse auxiliis, certo sciens: in cordis tunica, vitæ nimirum præcipuo, ac destinato defensore, hanc humiditatem, & ventum asseruauit: vt propinquam semper cognatæ affectionis medellam princeps viscus obtineret. Quum igitur humiditas ea non multa, neque plurimus illi admixtus spiritus est, sed quantum æstuanti sit in medellam, secundum naturam eo vsque gubernatus est. Quandoquidem insitæ affectioni, vi & mole proportione respondet. quũ vero hic ita accrescit, vt non solum calorem ac siccitatem emendet: verum etiam si ea minima humiditate, ob augmentum humoris orta, & multitudine offendat; pars vtrumque sibi noxium expiratione foras propellere conatur. At cum ventus & humor ille, eximia quidem quantitate contineantur, non ordinato naturæ motu, sed potius magnis dilatationibus, coarctationibusque cor mouetur: vt vicinum inimicum à se trudat expellatq; Quas cõsidentias siue distentiones, morbus palpitatio dictus ve

locissime efficit. Vnde eo ordine hu-
ius succi, ac venti affectus originem tra
hunt. Igitur ab aqua ista in tunica mi-
nus aucta, cordis palpitatio exorietur,
non autem à solo spiritu crasso in ea cõ
tento. Raro tamen tantam ibi humidi
tatem accumulari, vt non tantum vim
caloris moderetur, verũ etiã partem of-
fendat, ex igne à cordis caliditate, notũ
est. At ventus ille citius accrescit: quo
niam vel momẽto temporis, per omnes
diuagari particulas, & ad venam totus
is trãsferri ac confluere valet: ac propte
rea nõ mirum est, multum illuc accessis
se aerem, vbi pariter ex illius contentæ
aquæ cruda qualitate, & ex magno ca
lore, cordis, adurente, facillime crassus
is progignitur flatus: ac difficilem; ob id
perspirationẽ habet: quoniã ei9 multitu
dine, quadam ratione, vias respirandi im
pedit. Sic cor vnico motu quãtũuis ma
gno, crassũ ipsum spiritũ foras transmit
tere tentat: quod cum perficere nequeat
munus, eo quo desiderat absoluere mo
tu, plures præter naturã motiones inue
nit: ex quibus palpitationem oboriri
vel fieri dicimus. Vnde liquido constat
semper à crasso, vel viscido spiritu: ra-

ro aut numquam ab humore palpitationem oriri. Nam & quum ab humiditate hac, in tunica contenta fieri videbitur, potius à ſpiritu illi permixto dimanare dicetur: vt pote aucta ea humiditate, flatum quoque augeri neceſſe eſt quemadmodum in deſtillationis enarratione, ex humiditatibus multos ſimul adnaſci flatus, ex Ariſtotelis placitis, perſcribebamus. Ac ex his nunc referendũ eſt, in huiuſmodi affectu humiditatem, in tunica illa præter naturam contineri, & ſpiritum craſſum, ſiue flatuoſum humiditati admixtum, à multa ipſa humiditate non ſolum augeri, ſed tum etiam valide confoueri: & rurſus cor immediate á ſpiritu illo aucto offẽdi, & ita præter naturam ad eum expellendũ concitari. Quæ concitatio ſiue propẽſio cordis palpitatio appellatur.

Sed rurſus ad proprium initium, ſermonem huius perpeditæ, ac non parum difficilis, diſputationis reuocemus: ac diligẽtius nũc quæ pro hypotheſi ſunt habẽda, cõmemoremus. Igitur nõ derit aliquis, qui præallatã enodationẽ variis ac memoratu dignis auctorũ sẽtẽtiis, obſcurare contendat: nã inter Arabes princeps

Lib 3. fen. 11. tr. 1 act. jt. ca. 6.

Aui

Auicena, non solum ab humore, sed etiã ab humoribus omnibus palpitationem cordis exoriri posse, testatur, quam opinionem omnes suæ classis insectantur authores, inter Græcos Paulus diligentissimus, ac maxime fidus Galeni imitator, hęc retulit verba.

Itidem valentes cordis palpitationis, sæpe ex sanguinis, in eo, concepti copia, aut feruore contrahuntur. Itaque non solum ab humore talem affectum fieri valere contendit: sed etiam vrgentiorẽ, vti Auicena dixit, quam ab spiritu, aquo leuiorem omniũ, quę ab aliis causis fiũt, ad nasci palpitationem perspicue referebat. Tum pariter his assertis senten. Galeni, de hac re præstantissimum addere testimonium quisque poterit: propterea ipsum in cordis palpatione, venam aperuisse: à posteriori, per auxilium nimirum, affectus ipsius causam, humorem esse demonstrans. Quibus ad hunc modum constitutis, facile constat non solum à vapore, sed non raro & ab humore huiusmodi affectum fieri.

Ab humore qui inpericardio cõtinetur plus iusto aucto

Quibus auctorum sententiis Amatus Lusitanus non refragari videtur: quum cent. 3. curat. 43. porro, inquit, cucurbitulam

tulam cordis regioni sic admotã, vt summum in hoc morbo remedium habeto: atq; eã eam adhibitam, cuidam religiosæ Florentinæ, priusque cute per parua vulnuscula incissa, commode suo auxiliatũ esse ęgro, pscripsit: quũ post sanguinem per eas incisiones extractum, humor multus, per eadem sale respersa, ad aliquos dies exudauit, qua verborum serie insinuare conatur, non solum ab humore, sed a multo in pericardio contento humore ipsam fieri palpitationem, nõ enim eo, cucurbitulas vt flatuosam, vt quidam putarunt, substantiam dissolueret: adhibuit Amatus, (parum enim, aut nihil à sic ingestis cucurbitulis crassus dissolueretur spiritus, si multus in tunica contineretur.) Sed quia ab his longe distaret, ac præter intermedia ossa, flammæ vis difficulter transiret: tum etiam, quia non cum multa flamma, immo potius cum sola scarificatione eas adhibuit: nequaquam resolutionis, sed detractionis exuperantis ibi succi, iure ac sapienter memoratus. Tum denique per eam succi euacuationem, causam palpitationis flatum non esse, apertissime denotat: quippe tantum abest, vt sic ipsi dissoluan-

origine trahẽte affectu vt in quadã religiosa florentina cuius iccorarũ sinistria brachii vrnam scilsit.

soluantur flatus, vt potius, imminuto per euacuationem loci calore, magis augescant. Sed propter illius aucti, in pericardio humoris euacuationem, cucurbitulas huic morbo summum esse auxilium dixit.

Hi igitur omnes, in recensitis locis, non a crasso spiritu, sed ab humore in pericardio nimis aucto, cordis palpitationem oboriri descripserunt. At idem Galenus, vel sui fortassis oblitus libro de trem. palpitatio. & con. capitu. sexto. & secundo de s mp. cau. capitu. secun. cuiusque palpitationis causam, semper spiritum densum & viscidum esse autumat. Tum pariter Antonius ab Altomari vt hoc ipsum tueatur, sic Pauli Æginatæ relatam diluere conatur sententiam. Quum Paulus palpitationem cordis, vel à multo, vel feruido oriri sanguine asseruit, de forti cordis palpitatione tantum loquutus est. Perquam, nihil aliud putandum est intellexisse: quam, crebrum & velocem cordis motum, similem palpitationi exi-

stentem:

ſtentem:quemadmodum per cardiomō Galenus intellexit: & non de vera palpitatione,quę eſt partium quædam præter naturam dilatatio. Nam hęc, inquit, cum non niſi a flatuoſo fieri ſpiritu poſſit,vt Galenus inquit, à cordis feruore haud quamquam gigni valet, hactenus ille.

Qui bifariam errat, nam neq; magis & minus rei eſſentiam mutant Ariſt. teſte:nec fieri iſta cordis affectio quit,absq; magna dilatatione & contractione, vt paulo antea diximus. Neq; mirandum eſt crebrum ac velocem cordis motum ſimilem palpitationi, & non palpitionem appellaſe Gal.4.aphor.65.com.quoniam non de cordis affectu,ſed de ſtomachi morſu tunc loquebatur. At neq; morſum cordi,quod eſt viſcus,accidere poſſe,ex Gal.doctrina,à nobis antea relatū eſt. Similes vero affectus ſtomacho & cordi ſuccedere apertum quoq.eſt. Proinde dixit,quum ſtomacho ſimilis contigerit motus,ſicut cordi perualentes palpitationes accidit,extremū ex eo malum ſignificatur:vitalem vtiq. vim maximo incendio laborare. Quoniā conſtat, magnos ſtomachi affectus, vti cardialgiam,

cordi

cordi communicari. Atq; si per cardialgiam, vehemens & celer adeo perficitur motus, vt vehementibus cordis palpitationibus assimiletur: plurimam affectionis partem ex stomacho cordi transmissam relatamq. fuisse, indubie dicemus at inter alias magis, affectio ea connumeranda erit quæ magnum inferat incẽdiũ nam valẽtes, vt dixit Paulus, cordis palpitationes à sanguinis feruore exoriuntur, à quo magna etiã incendia procreantur. At cordis palpitationẽ vehementissimos posse producere motus, illa Galeni indicant verba. 2. aphor. 41. com. conscripta: & ille, inquit, qui ob virtutis vitalis imbecilitatem, animio fosan calore sic redditã, dum exolueretur eius cor, fortiter palpitabat: atque hi de repente mortuus: non aliter quam illi, qui acutissimis cordis affectibus, quos syncopas vocant, arripiuntur. Qua doctissima sententia dicere quisq; poterit: velocissimũ magnumq;, palpitationem, fieri motum quandoquidem per ipsam affectionem cor exolui, & absumi repente valet, verum is denique motus, & si magnus, nequaquam tamen morbi essentiam mutat, dũ nimirũ sic pars mouetur: quũ vero

ita

ita moueri desinit, solet affectus in syncopem commutari. Ac proinde Galenus & paulus de vtrisq. affectibus eodem capite disputant. Quod facillima sit alterius morbi in alterum terminatio. Nō enim aliqua cordi palpitatio absq. ipsius imbecillitate succedit: vt patet ex his quæ secundum Hippocratis testimonium antea declarauimus. Proinde tamen nequaquam sequitur eundem affectum, maioris minorisq. potentiæ gratia, secūdū essentiam distingui. Itaque palpitatio cordis, ab humore exoriri valet: tum vero crebrum ac velocem magis motum concitabit: quam cum ab spiritu exorietur, efficatiori nimirum causæ, maior, vrgentiorque respondens affectus. Præcipue quum ab humore producta palpitatio, a crasso simul oborta spiritu vti, ab vtriusque simul causis obiurgata particula vehementes excitat motus: quales siquidē, citato aphorism. loco Galenus depingit. Verum quum nobile viscus hoc, à quibuscumq, leuissimis causis facillime deffendatur: ideo cum affectioni substernitur cor neq, minimam ipsius fuisse causam neq. minimū ipsius adesse affectum merito referendū coniecturandumq est.
Vnde

Vnde pariter abunde sequitur, neq. temperiem, neq. vim ipsius cordis a solo spiritu, nullo humore fouente, procreari valere. Quod percipiēs Gal. 5. affectorū loc. lib. cordis palpitationē, aut per se, aut suspitione quādā q, in humore cor ipsum moueatur, fieri asseruit, per se, id est ab ea causa ortū trahēs ipsa palpitatio, a qua reliquarū corporis partiū fieri debēt palpitationes. Nāque ab humore fit particularis, ac solo cordi abdita esse videtur. Qđ si quis de re hac diutius cōtendere volēs, referat Gal. nō absolute ob humorē palpitationem cordis, non ad nasci retulisse sed de huiusmodi causa suspectum fuisse: ex his quæ hactenus relata sunt, sic abunde respondemus ipsi: nequaquam, cor in humore moueri dubitationem Galeno vllam prębuisse, quando quidem id cum Hip. sic fieri cōcessit, q, ab humore fieri nō certo sciret: sed quia, etiā si ab humore, ipsa sequatur, non fiet ab ipso per se, hoc est a solo humore, impossibile quidē est ab humore, flatibus nō permixto palpitationem subsequi.

Sed quid ꝓhibet sanguinē cordis, adustū iā, velocē adeo motū ī eo, atq. spūm ī cęteris corpis partibꝰ gignere posse, nihil præcipue

prçcipue cum in viſcere,hoc flaui, cali-
diſſimi,maxime tenuis, ac ſpirtuoſi ſan-
guinis initium ad ſit, quod nequaquã re
liquis euenit locis. Hic igitur ſpirituo-
ſus ac nimis calidus,ſecundũ naturã exi
ſtens ſanguis, quid mirum erit, ſi per e-
ius feruorem ac ſtatum præter naturam,
motum cõcitatum inferre valeat? ac quę
uis per eum particula velociſſime dila-
tetur,coarctetur que,cum maxime pro-
prium caloris intenſiſſimi ſit, vehemen-
tes ab eo produci dilationes: quibus, ex
neceſsitate motus,magnę correſpondẽt,
proportione,coarctationes. Tum rurſus,
ſimul cum ingenti eo calore, plurimam
ſpirituoſæ ſubſtantiæ molem addeſſe cõ
cedimus: quæ, Hippo. authoritate impe
tus corporis ęfficere ſolet: inde propterea
calidiſſimum hunc,ac maxime ſpirituo
ſum cordis ſanguinem, præter naturam
nimis auctum,calefactumque, vrgentes
parere palpitationes non immerito pro
feremus. Licet enim aſpiritu, & citius,
et frequẽtius motiones fiant: quod citius
hi quam humores alterentur, & per cor
pus diuagentur: ab humoribus tamen &
vehementiores, & auulſu magis diffici-
les motiones concitantur, quia ob maio
rem

rem consistentiam, plus caloris, ac motricis facultatis obtineant succi. Et cum nulla in toto corpore pars reperiatur: quæ ita tenuem ac calidum procreet sanguinem, quemadmodum cor: ideo quidem nulla totius corporis pars præter ipsum cor, vehementes, id est ab humore productas palpitationes generare, ac pati quit: hinc fit, vt Galenus hanc tamquam vehemẽtem ac raram palpitationẽ & à reliquis, sua causa, distinctã, lib. de palpitatione non recensuerit. Quũ de ipsa, peculiarem magis facturus esset. 5. de loc. aff. enarrationem, ab alijs corporis palpitationibus earumq. pronatu, longe diuersam. Aut forsan exactior huius rei enodatio huiusmodi erit, non spiritũ, sed spirituosam potius substantiam causam cuiusq. palpitationis esse dicendam vt de sanguine arteriali, siue nimis spirituoso id non raro recensere valeamus, sub eodem nomine nunc spiritum, nunc humorem maxime tenuem spirituosum que, palpitationis causam fieri posse describamus. Vnde manifeste præcipitur, eos maxime labi, qui a solo viscido ac à crasso spiritu, & non ab humore quam cumque ob oriri palpitationem, cum

pertinacia contendunt.

Syncoptici omnes frigido ac glutinoso sudore molestantur.

Canon.ylii.



Vod ex varia origine morbi, diuersa præsidiorum materia petatur, nõ solum à Galeno sæpe recensitum: sed ab omnibus etiam medicis in suum vsum est translatum. Ita pariter Galenus 12.metho.&.1.ad Glau.lib. varias curandę syncopes vias statuit, pro diuersa causæ ratione a qua dimanare conspiciuntur: ideo in causarum dignotione non parum laborare optimus debet medicus: qua recte assumpta, copiosam, validamq; auxiliorum inuentionem, exhibendiq; rationem indubie obtinebit. Propterea q; syncopes statim causas recenset, quas.f.sequentes esse portendit: vehementem nimirum dolorem, vigilias, immodicam ventris inanitionem, ac in his qui aliena loquũtur aliquando motus, hoc est timorem, terrorem, ac deniq;, ob principis alicuius particulæ in tempe-

riem.

riem,siue particula nuda qualitate sit alterata: siue ob vitiosum succum ibi receceptum, ita pariter sit affecta: ad intemperiem, qua cum, harum ratione affectus origo reducetur. At quatenus exinde curatio varietur, nequaquam ad huc asserere quimus: quousq; hanc causarum enumerationem, optime habitam esse ratione demonstremus. Garrulus quidem Argenterius plusquam decet prudentũ virũ qualem, toties diuinus exoptauit Hippocrates, res inscrutare cupiés, multis ac varijs rationibus Galeni placitum ab omnibus huc vsq; receptum, ita refutat. Si Galenus. 3. de loc. aff. & . 2. de symp. cau. lib. a cerebri in temperie apoplexiam fieri posse negauit: veluti nec epylepsiam: quod, subita illorum morborum sit generatio, & solutio: quod si ita sit, tanto minus credere oportet ab in temperie fieri posse syncopem, quanto celerius in hoc affectu, quam alio, actiones corruunt.

Nihil perinde medico conducibile scenseo quã vt prudétem se præstare laboret ĩ presas Hippo.

Altera obiectio huiusmodi est: si partium intemperies efficeret syncopem: cur omnes qui ex ardentibus febribus, aut alia quacũq, in téperie moriũtur, nõ semper cũ syncope extinguntur? Ad ... huiusmodi est. Quũ syncope præceps sit viriũ lapsus,

ſus,eius cauſam in eo conſtituere debemus,quod ſubito mutari, corrumpi ve poteſt.Solidę autem partes ſubito alterari nequeunt:nec ita mutari alterantium vi,vt ſtatim concidat vniuerſi corporis robur:ſi modo quod ſolidum durumque eſt,ęgre patitur: & præſertim adeo inſignes alterationes, quæ omnem corporis functionem demere valeant,non niſi diuturnitate temporis, in ipſo fieri, ſolido copore,poſſunt: ergo à lęſa partis temperie non fit ſyncope ac denique ita arguit,neque fit amateria ex qua morbi procreantur , quandoquidem putridi ſucci perſe ſyncopem non committunt: aut apoplexiam, craſſi & glutinoſi:ſed illi eo quod ſpiritus corrumpant: & hi, animalis facultatis cauitates & ſedem obſtruant , actiones perdunt,hactenus.

Reſponditur quatuor argenterij abiectus.

His autem obiectionibus ſic reſpondẽdum eſt, apoplexiam, ac ſyncopem afficiendi promptitudine, valde ſimiles eſſe affectus: genere tamen, valde diſſimiles: apoplexia, quidem ad morbos inſtrumentariarum partiam: ad ſimilarium vero partium affectus, ſyncopis pręcipue, reducitur. Lęditur quidem apo-

per apoplexiam pars primo ac præcipue quatenus via est, per syncopem vero, quatenus substantiæ pars est. Sed vias obstruere, quisque humor valet: repente autem nullus, præter crassum ac glutinosum. Ideo à crasso ac multo humore syderatio oritur. At quum substantia triplex sit, solida, humida, & spirituosa: tum vnaquæque earum ab intemperie affici valeat; non obscure exinde sequitur, substantię læsionem quamcumque intemperiem inducere posse: verum magnam & repentinam simul ipsius affectionem, solam calidam & frigidam intemperiem: ergo solam calidam aut frigidam intemperiem syncopem inducere posse manifestum est. At apoplexiam à crassis & glutinosis humoribus, animalis facultatis sedem & cauitates obstruentibus ex oriri, eodem in capite ipse Argenterius fatetur. Tum etiam à putridis humoribus spiritus corrumpentibus syncopem adnasci, simili ratione concedit. Verum addit hos succos, non primo & per se, sed actiones perdendo prædictos gignere affectus: vel corruptum ipsum primam syncopis statuendam esse causam, non

vero humorem ipsum corrumpentem ac pariter cauitatum cerebri obstructionem, causam apoplexiæ primam dici debere: non autem crassum ac glutinosum humorem, ipsam efficientem. Verum tamen spiritus sic offensus, substantia siue res est, quæ afficitur: & sedes obstructa pariter: quæ nec morbus, nec causa morbi est: nam morbus semper accidens est, non substantia, nec est causa morbi proprij, esset quidem imprudentis huiusmodi assertio: nimirum dicere cerebrum obstructum, obstructionis cerebri causam esse. Nihil enim vero sui ipsius causa esse valet. Demum partes læsæ non lędunt actiones: sed quod offendit partem, idem partis actionem lædit; idemque, propterea partis affectum procreat. Ideo quam plurimum errat ille, dum syncopem, solius instrumenti communis vitio, tanquam præcipua causa, ex oriri contendit. Ad hunc igitur modum, primo ac posteriori argumentis commode satisfactum fuisse, videtur. Quum vero ille refert, nequaquam ab intemperie syncopem fieri: quod, per ardentissimas febres, insigni intemperie cor afficiatur, à quibus non semper syncope extinguantur:
per

per spicere debuisset, etiam per eas fieri syncopem, quum insignem eam alterationem, symmetriæq; mutationem subito, vel confertim cordi inferunt. Quæ enim sensim fit alteratio, neque dolorem neque syncopem parere potest. Ac denique solidis cordi particulis, quibus proprie temperies & intemperies sunt referenda, nequaquam ab intemperie syncopē subsequi posse retulit: quod solidū omne difficillime alteretur, ęgreq; patiatur syncopes autem pręceps quum sit virium lapsus, subitam repentinamque vniuerso corpori inferat affectionem: quibus respondemus, nullam in toto corpore adeo solidam, ac robustam contineri particulam, quæ, ab vrgētissima illata offensione nō statim succumbat (licet hęc nō ita facile, vt reliquæ particulæ minus roboratæ alterationem admittat,) ac proinde dicemus vnamquamque corporis partem, quantumvis solidam, ab vrgentissima causa, in momento temporis offendi valere, magnæ autem alterationes, à calido & frigido summe auctis, oboriuntur. Quemadmodum à soluta continuitate, vt in primo canonū com. copiose dictum est. His ita

expositis, clare sequitur cordis substantiam, quantumvis solidam, à vehementi frigore, aut calore subito posse offendi ac syncopem pati. etiam si ille nodum in scirpo quærat.

quatenus curanda sit syncope.

In medium igitur adductis his quę circa causarum syncopes dignotionem difficilem parere sensum poterant, facilem exinde methodum curandę syncopes factam quam breuissime referam: vnicum tantum Hippocratis de hac re prestantissimum recensens locum. 2. epid. sec. 5. 17. particula conscriptum, si quis, inquit, statim animo deficiat, calidis omnibus vti debet, hoc est topicis: nā & si aliqua potestate frigida exterius ad hiberi debeant, actu calida existant oportet, vt citius aç facilius ad internas permeent partes: in aliis autem, calida, vti frictiones, cucurbitulę, & quædam epythemata, si autē non (hoc est ea nō prosint) merum idquit haurire, quod vniuersalius ac securius extat præsidiū, & cibis se ingurgitare: idest cum cum alimenti inopiam, vigilias, ac ingentem, euacuationem, is cordis sequetur affectus.

Conueniunt

Conueniunt autem hæc auxila tum animi defectui, tum vero syncopi. Quū in hoc similia inter se pathemata differre cōspiciantur animi quidem defectus, ad syncopem prompta exiltit via. Per syncopem enim omnium virium lapsus repente sequitur: sudoresque syncoptici idest frigidi ac glutinosi semper apparet. In omnibus enim syncope affectis, calore externarum partium ad interiores cōfugiēte, sudores frigidi dimanant: in animi autem defectu nequaquā. Cuius rei huiusmodi nonnulli reddere solent causam.

Quateno differat animi defectus & syncope.

Quum innatum ipsum humidum calido innato adiunctū est, moderata quadam siccitate participat: quæ caloris vi contracta, densum ipsum humidum reddit consistentiam illi imponit: ac denique ne libere ipsum fluat prohibet. Quoties igitur humidum illud à calore destituetur, innatum iam naturam haud seruabit, sed excrementitiæ humiditatis essentiam facultatemq. possidebit: quæ quidem per partes facillime, moderatore carēs, diffundet. In syncope ergo frigidi sudores apparent, vt pote calore externarum partium ad internas confluente

Cur in syncope frigidi semper sudores.

te

te:cuius de nomine innatum, hactenus, humidum foras perpellit:defficiente nimirũ calore,quo ad tẽperiẽ ac mediocrẽ naturæ suæ statum reducebatur, ac proinde libere fluit: & quoniam inditam à natura facultatem non seruat: & quoniã pars viribus caret, quibus ipsam valeat continere. Cum fluit in his ad interiora calor, principem locum prouida natura seruare cupiens. Qua necessitate non adhuc per animi deliquium natura præmitur: vt pote leuior affectus is est, à leuiori causa productus. Ideo in animi deliquio,non ex necessitate frigidi sudo res conspiciẽtur:nisi complicatum morbo symptoma sit, eosque à multitudine crassi succi tum oriri referamus. At in syncope vt ob ingentem relatam iã causam,frigidi semper subsequi sudores videntur.

In syncope, oẽs labãtur vires, in animi vero defectus solũ animales, referente Lupeio in adnotatiõe .1. lib. ad Glau.

Et quamuis non desit aliquis qui huiusmodi expositionem veritati maxime consentaneam esse autumet: innatum nimirum calorem ad interna sæpe confugere cum Galeno, referens, vt innata intus cõteta humiditate ipse fungatur quẽ admodũ fecit .3. de cau. pul. ca. 9. ad hũc modum loquẽs. Nã quũ indigeat simul

que

quę desideret naturalis animaliũ calor copiosam, qua nutriatur, humiditatem, ideoq. in viscera ac ventrem conueniat, fit somnus. Exinde consequenter colligit calorem, inditam sibi humiditatem in exterioribus relinquere partibus: quandoquidẽ intus, nõ alia de causa permeat nisi vt copiosa vtatur humiditate. Sed exẽplum hoc de his quę secũdũ naturã fiunt, vti somnus, verũ esse fertur: in quibus nihil violente peragitur. Nec recte exinde præcipitur retracto intus calore, eius humidũ in exterioribus locis relinqui, quippe vt in cõpendio de somno & vigilia dicebamus, calidũ innatũ, nequaquã calorẽ, sed calidã inuadit substãtiã: quã ex calido frigido, humido, & sicco, cõstare pariter scripsimus. Vel igitur cũ hæc ita sint, innatus calor ad interna nõ refugit, vel si refugit, substãtia illi indita simul cũ eo confluat oportet. Aliter quidem non innatum calidum, sed eius tantum calor flueret. Licet igitur innatus ipse calor, ob propriam necessitatem: siue principalium locorum affectum, intus confluat, sibi adiunctum pauimentum affert: quod innata existit humiditas non igitur ob relictam, extra innatã

innatam humiditatem,quod numquam fieri quit, frigidi ac glutinosi in synco pe exoriũtur sudores:sed quia excremẽ titia humiditas,quam omnes exteriores particulæ participant, quæ ob calidi innati adiumentum in his contineri locis valebat:tunc iam à nullo adiuta,à parte decidit, extraq. trāsmittitur: & propter eandem pariter rationem frigidos parit sudores, nimirum ex materia nihil iam partibus vtili productos.

Hæc igitur de syncopis enarratione, atq. de reliquis, circa morborum capitis ac pectoris curationem, abditissimis obiectionibus,relata sufficere conspiciũtur. Quod si opusculum hoc, studiose lector,gratũ tibi esse cognouero,dabo post hac sedulo operam tum his quæ ad alteram canonum medendi partem pertinere videntur: tum aliis operibus quæ iam dudum scribere sum aggressus,vel auspicari cogito. Et me,in hoc studio, & honesto labore, quantũ mihi licebit, exercebo.

¶Secundi libri Canonum Medendi Finis.